



OVID.
HERO
CUM
COMM
1496
INCUNABULI
C
5
14
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









Epiſtolæ heroides Ouidii cum commentariis Antonii Volſci. Et Vbertini Clerici Creſcentinatis.

¶ VBERTINVS Clericus Creſcētinās.ſal.dicit magnifico & ſplēdidiſſimo Viro Guidoni de ſancto georgio Comiti Blandrate & primo Marchionali Camerario & conſiliario digniſſimo.

ADMIRATI Sunt ſæpenumero quā plurimi:qui me uel nomine tātū:uel re & ꝑſentia cognouerunt
Vir Magnifice Guido quod cū in locis celeberimis & clariſſimis. Mediolani & Papiæ interprætādi
more publico & honeſto ſalario cū magna oīum grā fungerer:& illuſtriſſimorū Mediolanēſiū prin-
cipū benignitate fungi liceret:ipſe ſponte mea id munus omiſerim:& ī Montemferratum Caſaleq̃
me contulerim:requiruntq̃.in hac re prudentiā & conſilium meum.His & ſi multa ſunt quæ iure opponā:nul
la tamen eſt ualidior & inexpugnabllior ratio.quam quæ primum mouit:eamq̃ me aſſecutum gaudeo.Cum
enim & ſpes & ratio ſtudiorum in Cæſare tantum:hoc eſt in principibus ſit repoſita:ſublato cruenta cæde Me
diolanſium duce Galeatio Maria.acris & ingenii:& iudicii principe. fratribuſq̃ eius Aſcanio ſacræ.ro.eccleſiæ
protonotario.& Sphortia Bari duce:& Ludoico Maria ī exiliū eiectis.nec nō roberto Sanſeuerinate illuſtri &
maximi animi uiro:in quibus plurimum ſpei & præſidii mihi fuerat:quid profeſſioni meæ optabilius eſſe po
tuit quam eum principem nanciſci:qui ſtudia laboreſq̃ meos reſpiceret? Atqui hunc inclytum Montiſſerrati
Marchionem Gulielmum eum fore ſperaui:& confiſus ſum:quia eum:ut eſt cæſarea ſtirpe genitus in modo li
beralis & benignis.ingenii:uerum etiam humani & eruditi eſſe audiebam.ex quo merito non dubitaui eum
fore erga liberalium artium profeſſores benignum & munificium.ſicut enim nemo ſatis diligit:quod non no
uit:ita oportet quibus artibus quiſpiam delectetur eas omni præſidio & fauore tueri.Quæ autem eſt liberalis
ars:ut rem militarē omittam:cuius omnis numeros tanquam Mars ipſe ad unum exactiſſime tenet & in qua:
aliorum pace dixerim : facile principatum obtinet. Quæ inquam ars eſt liberalis : de qua hic non poſſit
cum ſumma laude & reſpondere & diſputare:Vidimus & audiuimus ſæpenumero:cum coram eo:ut plerūq̃
fit:de rebus grauibus & ſeriis ſermo orireť:quanta facūdia quanto acumine:quanta omnium admiratione re-
ſpondeat:ut nō omnia percurriſſe:ſed ſingula ad unguem tenere uideatur:Quid cum uiris grauibus aut ma
gnorum principum legatis reſpōdet:quem Cæſarem:quem Catonem:quem Epaminundam aut Themiſto-
clem huic anteponas:Sed quoniā epiſtolam nō hiſtoriā aut orationē cōſcribo: neq̃ licet omnia cōplecti : taceo
rerum domuū belliq̃ ab eo geſtarū magnitudinē:omitto eius tēperātiā:& uiuendi normā exactiſſimam.Omit
to prudentiā:& cōſilioꝝ maturitatem.Omitto uigilātiā:Omitto manſuetudinē facilitatē:& ī audiendo patien
tiam:q nemini:neque diuiti:neq̃ pauperi aditum ad ſe claudit:aut aures facillimas negat.Omitto in redden-
do iure æqtatem:Omitto deniq̃ aī magnitudinem:qua factū eſt:ut non modo uniuerſæ Montiſſerraci regio-
ni:quam plurimas fortunarū & dignitate acceſſiones dederit:oppida muris cinxerit.arces mūitiſſimas:& ꝓpe
inexpugnabiles cōſtruxerit.Sed ī primis Caſali : quod nomie Vrbis & uirum dignitate:& mœnium admira-
tione:& ædificiorū elegantia:& morū cultu iā ita decorauit:ut totum pene īmutatum uideať.Nā qua religione
quo ue cultu deū īmortalē uenereť:iam teſtātur maximis ſuis ſumptibus cū alibi tum Caſali erecta templa.ex
tructa cœnobia:aſſidue ī religioſos uiros collata munera.Quæ enim ætas cōticeſſet ſāctiſſimæ uirginis ad an-
gelos extra muros Caſalis magnificentiſſimā cū cœnobio ampliſſimo ædē:Quid diui domici ītra urbem tēplū
ſimul & cœnobiū iā molis magnitudine admirabile.Atq hæc Gulielmi liberalitas deo īmortali certum & ſuæ
æterne ſaluris Pignus:& ad poſteros tranſituræ gloriæ monimentū cōſecrauit & condidit.Cui igr̃ talis princi-
pis cōtemplatio nō modo meæ fortunæ relicte:uerūetiā cuiuſq̃ ampliſſimæ dignitatis deſideriū non molle &
tolerabile faciat:His accedit duorū eius fratū Theodori Sacro ſanctæ ro.eccleſiæ Diaconi Cardinalis ī eo ordi-
ne maximæ & auctoritatis & gratiæ uiri:& Bonifacii prīcipis optimi uita quædā humanitatis & ī me exprom
pta beniuolentia.Sed illu.Bonifacii bōitatē qa proprior ē:quotidie magis & experior & ſētio:ī q̃ mihi merito
maximā ſpē collocandam duxi:qa cum nemini noceāt.oībus benefaciat:ita ut nō alio nomine dignior potuiſ
ſe eſſe uideať.non dubito:qn eum potiſſimum complectatur:quē uideat:& bonarum artium ſtudioſum:& to-
tius domus ſuæ fidiſſimum cultorem:Sed de horum prīcipū Cæſarea ſtirpe:& origine antiqſſima:& ſingulari
bus aī corporiſq̃ dotībus:ac rebus egregie geſtis:dabitur breui:ut ſpero:locus commodius & uberius dicēdi.
Nec totius Montiſſerrati nobilitatis:ut ſcis:& huius urbis Caſalis primorū ciuium benignitas aī mihi deeſt.
Cur igr̃ cōſilii mei me pœniteat:cū plus boni hic mihi acceſſerit:q̃ illic deſeruerim.Deſinant ergo iſti mirari ac
potius cōſilium factumq̃ meum laudent & probent.Interī igitur cum ſub benigniſſimi Marchiōis Guilieml-
mi:tāq̃ ſub fœliciſſimæ fagi umbra recubās aliqd quotidie mediter:quo & ſocordiā uitē:& aliis ꝓſim:& nomē
meū:quo mihi ire non licet:trāſferā:ex his quæ euigilaui:cū aliq̃ īprimi uellē:multorū efflagitatione copulſus.
ī Naſonis heroinas īterpretationes meas edidi:quas noī tuo īſcribendas putaui:ut tuæ erga me beniuolentiæ
memor eē oſtenderē.& meo labore tuis filiis ꝓdeſſem:quos qdem:cum octo uirilis ſexus omnes & eoſdē opti
ma idole optimoq̃ īgenio præditos habeas.ut es ſapientiſſimus:non nimia īdulgentia & molli educatione:ut
pleriq̃ corrumpis & eneruas:ſed paterna:hoc eſt prudenti ſeueraq̃ caſtigatione inſtituis:& iis præceptores:&
moribus ſimul & doctrina probatos adhibes:ut tales a teneris annis īſtituantur:quales uiros fore cupis.Licet
enim Comitum Blanditate:domus tua antiquiſſima & generoſſima ſit:quippe quæ ex ſereniſſima Poloniæ
regum ſtirpe:ut priſci annales īdicant:originē trahit:licet multis in tota italia nobiliſſimis ſpendidiſſimiſq̃ fa
miliis coniuncta:licet & ante & hoc maxīe tp̄e multorum uirorū:& tuo ꝑſertim nomīe īſignis:licet deniq̃ filii
tui paternam maternamq̃ Carretorū nobilitatem referre poſſint:tamen ut es prudentiſſimus multo pluris fa
cis ſciētiæ & uirtutum nobilitatem:q̃ generis.Nā genus & proauos & quæ nō fecimus ipſi Vix ea nr̃a uoco:ut
Vlyſſes apud Naſonē iqt.Quod ſiqs utrāq̃ nobilitatē aſſecutus ſit:tū:uere clarus honorabiliſq̃ putādus ē.Iure
igr̃ te ſemp plurimi fecerūt Illu.Mōtiſſerrat principes q cū uetuſtiſſimā generis nobilitatē cōiunctā uirtute hēs

& probitaté:q̃ de q̃ plurimis optime mereris:de nullis male.Cui igitur potius studiorũ meorũ lucubrationes
dedicé q̃ tibi q cũ optimis studiis delecteris:eas plurimi facis:q mei nois semper fuisti laudator:& admirator.
Accipies igit̃ pro parte satisfactionis meæ hoc opus donec excellentissimi Guilielmi Marchionis benignita-
te aspiráte maiora:q iá ĩstituimus edere licebit.Tu uale uir p̃státissime.& ut facis me amare pge.Casali sci Euasi.

ANTONII Volsci priuernatis ad Ludouicum diædum Francisci.fi.patricium Venetũ in Heroidas.Publii
Ouidii Nasonis peligni.

c

VM Multos sæpe uiros:q nostris téporibus sapientiæ studio: & rer̃ cognitione floruere mecũ
ipse reuoluerim:recte Ludouice Diæde sensisse illos arbitratus sum:qbus in umbra elanguẽtes
alii summa digni reprehẽsione uideri solét:ꝙ in táto rerum usu nulla posteris monumenta re-
linquerét:ut & aliis prodessent:& se a mortalitatis iniuria uindicarét. Alii uero quod nondum
pressa:sed subito quodam spiritu & proximo calore parta intempestiua fœtura edere nõ dubi-
tarint:Minime intuentes nõ partu:sed abortiuos emitti unde laboris plusculum & periculi sub
eant.quã iucunditatis & gloriæ consequantur.Ego uero ut me ab illorũ desidia:& istorũ petulantia omnino li
beralem:tantisper conctandum censui dum fœtus utero sensim cresente maturior ederet̃.Quãquam non de-
erant q me interea premerent:stimularent:urgerent atq̃ liberius accusarét. ꝙ tot annos:quot interpretandis
auctoribus ĩpendi nihil oĩno ediderim.quos Fabii secutus cõsilium q̃diu uisum est amice:cõtinui : licet quãto
honestius quod effiagitabat̃ negare uiderer tanto acrius insensi:meam illam uerecundiam uelut ĩertem expo
stularent:præserti quod aiebant multos indies magis obrepere:qui ut ĩsidiantes alueolis fuci:alieni laboris ĩ-
sultare fortissima temeritate non desinant.Sed hos uariis iam cõtentionibus spero repulisse:Nam si qua super
erant semia eo libello quem emenditioné uigilianã ĩscripsimus:adeo repressi sũt uniuersi: ut non modo ince-
pti pœniteat:uerum etiam omnino deiecti culpam deprecentur:sed iá istos sinamus ineptire.Cum apud Mar
cum Varronem uetus adagium illud intuemur:quod dicit̃ homobula.Aequum uisum est:ut honeste monẽ-
tes audiremus:Nã si putauit ille seni properandum:quãto magis iuuenibus q ualidiores sunt:& uires suppe-
tunt:ne cum legendæ facinullæ tempus admonuerit plusq̃ superari queat itineris relinquat̃.Mihi quoq̃ dein
ceps nullam cunctationem fore tutam existimo:ne dũ cõsulto actioné differimus in cõtemplatione elãguisse
credamur.Quæ duo ĩ humana uita maxime utilia censuit Plato:eamq̃ perfectam fore non putauit. nisi ab ea
sollicitudie:quæ solum nostra est sæpius discederemus:ut amicis:& patriæ quoad fieri possit:negocium ĩpartia
mur:Quo mortales adeo distrahi non ducet:ut a uirtutis contemplatione:quam uiro bono tribuit Aristote-
les arceantur omnino.Sed teñeda ẽ par quædã dimẽsio atq̃ recta:æquabilisq̃ effectio:quam Stoici καλὸρτὸ
λὶν appellari uoluerũt.ubi nihil emineat nihil nisi æquũ aut rectũ appareat.i quo genere cum pauci se cõtinue
rint:eos ĩter uel maxime enitet Franciscus Diædus genitor tuus uir qdem non modo continentia & pietate:
sed oi genere uirtutis:cum quouis huius ætatis conferendus:eos habet progressus.ut ĩter summas reipubli-
cæ occupationes nihil de domestica cõmentatione.aut scribendo : aut cogitando remittat.Et quanquam non
minori industria quam fide puplica gerit negocia quæ terra mariq̃ grauissima summa laude confecit:operam
tamen q̃ amicis deberi credit:& patitur facile & cõstanter fouet & perficit.ita quod extremum illum finem:quẽ
omnes expetunt.Licet Hieronymus Rhodius idolentiã.Epicurus uoluptatem diuersa rõne.uirtutẽ Stoici &
aristoteles esse crediderint:ipse beneficẽtiã cõstituisse sibi uideatur. Has ĩter uirtutes tu quoq̃.ut ex feraci solo
uberrimus fructus emergis paternæ gloriæ spectator & cultor:cuius idolesq̃ futuri successus præsagia teneat.
id uel maxie idicat.quod nulla hortatione eam laudis uiam rectissimam ducis quã tibi maiores tui tritam reli-
querunt.Nam cum optime ĩstitutus sis.acriq̃ emineas ingenio:ostenditur facile:quã optimam frugẽ hæc spõ
deat seges:magnum certe ꝓmittit hæc præter ætaté sine arrogantia grauitas sine segnitie uerecundia : Sed cũ
maiora sint q̃ dici possint:ne laudationis causam quæsisse uideamur:redeat unde defluxit oratio:Diuturnũ il
lud ocium quod i exequutionem auctorũ & rerum cõtemplationẽ cõtulimus ex Scœna iam ĩ caueam deduce-
mus.Ne quod lucem solemq̃ desiderabat:ĩ umbra disperiret.Cum nihil ĩ hominum uita honestius sit quam
aliqd elaborare quod memoriam seruet & usum publicũ augeat:Quare ad poericen conuersus.non quod ani
mum relaxarem:ut quidam se fecisse dixerunt:sed publicæ utilitatis gratia cum diuinis illis Ouidii caloribus
nõ sine sudore & puluere:ut ĩ arena gladiator aliquantisper obseruatus sum.Is eni ut ĩuentione & facilitate ita
omnes ĩgenii ubertate & uerborũ copia:Latinos poetas:astipulante Fabio absq̃ ulla dubitatiõe p̃cellit. Sed cũ
noster eques oẽm illius campũ cucurrerit.oẽs nodos soluerit:omnes iam calores perstrixerit: placuit editiõis
pricipiũ ab heroidibus auspicari:quoniam id scribendi genus latinum est:& se primum cecinisse maxime glo
riatur Ouidius.Opus eni uarium est:disertum:multiplex copiosum:ubi multæ non solum exq̃sitæ recõditæ-
q̃ sententiæ uix satis explicant̃ sed ẽt locorum historiarũq̃:& fabularũ obscura: & perdificilis hactenus alluci-
nationem præbuit appositio.His igit̃ apertis spero meum hunc laborem & tibi & bonis oĩbus non ĩhonestũ
uideri posse.Nam si Zenoni cythico stoicorum pricipi maxio ornamẽto Hesiodi Theogoniæ accessit iterpræ-
tatio.si Cleantes asius q Phernacles ꝙ exhauriret pueros cognomiatus est.Si Chrysippus tharsensis i fabula-
rum mysteriis magnam sui studii partem posuerunt:ut illas uario iterprætandi genere phisiologiæ subiice-
rent.Quanto mihi honestius ueri debet:si euolutis rerum monumentis heroum heroinarũq̃ affectus sum-
mo poetæ igenio expræssos.& ad imitationẽ utilitatẽq̃.& eorum q simili tenerent̃ studio:iucũditatẽ eduxeri
ĩ quo ignauorũ dicacitatẽ.atq̃ calumniantium iuidiam facile contemno.Si tu cui nostrarum uigiliarum pri-
mitias dedicaui:meam hanc dextro sydere probabis industriam.

POst euersam Troiam Græcorum principes: phrygiis opibus ditati: cum in patriam nauigarent: læsæ Mineruæ indignatione: ut Homerus scribit: Alii sũt uastissimis ꝓcellis obruti: Alii turpiter occubuerunt. Pauci cum diutius erassent: uix dirum euaserunt exicium: aiax Oilei filius Locrensiũ dux in scopulis euboicis fulminatus demergit᷑: Agamẽnon uix lares salutarat cum nefandæ uxoris Clytemnestræ dolis ab ægisto incautus excipitur: & obtruncatur. Idomeneus e Creta insula deiectus: ad Salentinos italiæ populos fugit. Diomedes a suis minime exceptus in Italiam nauigauit. Menelaum: ut tradit Herodotus: ut a rege Protheo Helenam uxorem repeteret: in ægyptum oportuit cum summo discrimine traiicere. Vlysses Laertis filius ex autolica magnanimi autolici filia decennio uastissimis iactatus ꝓcellis errauit: socios: quoniam solis boues a bsumpserant: omnes amisit. Ipse anno decimo cũ ab alcynoo Phæacũ rege naui & multis muneribus donatus discederet: ui tẽpestatis iterũ depræhẽsus solus: & mẽdico similis Itacã appulit. qđ Homero ad Odysseam scribendã luculentã materiã exhibuit: apud quẽ Penelope Icari & Polycastes filia: & Vlyssis uxor inter lasciuissimã ꝓcoꝝ turbã: q ex uariis ĩsulis in Vlyssis regiã cõfluxerant: sũma obseruantia ĩ coniugali fide ꝑstitit: mariti. xx. annorũ peregre accessum sæpius q̃ritur. Existimabat enĩ non iactari erroribus. sed aut occubuisse: aut suorum & patriæ oblitum: aut puellarum cõplexibus: aut aliqua orbis regione ociose ꝓcessare. ¶Et ex hoc Ouidius omnẽ est cõmentatus epistolam suam: Ex homero Penelopen format. Sollicita enim de absente merito queritur: & ad redeundum inuitat.

PVBLII OVIDII Nasonis epistolarũ heroidũ liber primus.

PENELOPE Vlyssi.

HANC tua Penelope lento tibi mittit Vlysses.

Nil mihi rescribas: attamen ipse ueni.

¶ANTO.

PENELOPE tua. quæ tibi hactenus in tanta procorum turba pudice uixit & coniugalem thorum sine labe seruauit. ¶Mittit tibi. poeticum ẽ: ad te dicet orator. ¶Tibi lento. qui de ses es & nostro amore frigescis: & tuorum desiderio non moueris. ¶Nihil mihi rescribas: epistolæ propositum ẽ ¶Mihi: quæ te expecto: non litteras. ¶Attamen. sed. ¶Ipse q annos. xx. absens fuisti. Troia iacet indicat facile fore: quod proposuit: potes redire.

¶VBER. ¶Hanc tua penelope. quodcunq; opus legẽdum ꝓponit᷑ q̃uis facillimũ ignorato argumento ut sit difficile necesse est. quãobrẽ cũ officio ꝓfessionis meæ multa enarrare & interp̃tari cõtigerit: id ĩ primis semper laborãdũ putaui: ut legẽdorũ argumẽtũ pateret: deĩde si q̃ aut ĩ uerbis aut in sensu obscuriora eẽnt: diligẽter explanarẽ: ut nõ mihi: queãdmodũ multi inani gloria adducti: sed aliis interp̃tari uiderer: & in nullius manus scripta mea puenirẽt: qui ex labore meo fructũ nõ pciperet: qđ qdẽ cũ hactenus me assecutũ sperẽ: dabo operã: ut id ĩ futurũ multo magis fiat. nõ tñ usq; superfluũ laborẽ occupari placet. Nã. ut fabius. v. libro. i. ĩstitutionem oratoriarũ inqt: perseq quidẽ quod quisq; unq̃ uel contemptissimorum hominum dixerit: aut nimiæ miseriæ aut ĩ anis iactantiæ ẽ: & detinet atq; obruit igenia melius aliis uacatura: Nã q oẽs & iam ĩdignas lectione scœdas excutit: anilibus: quoq; fabulis accõmodare operã põt. Atq pleni sunt eiusmodi ĩpedimẽtis grãmaticorũ cõmẽtarii uix ĩpis: qui cõposuerũt: satis noti. Hæc Quintil. Quãobrem cũ in argumẽtis singularũ epistolarũ enarrãdis: tũ in cæteris exponẽdis: mediocritatẽ seq̃mur: ita ut neq; lectorẽ fastidio afficiã. nec tamẽ qcq̃ in his nr̃is enarrationibus desideret᷑: quod in hoc ope cognitione dignũ uideat᷑. Persequar tamẽ ẽt minutiora quædã. quia non solũ ab ertiditis uolo nostra legi. sed multo magis ab his q erudiri uolũt: qbus oĩa plana & apta placẽt. Nõ enim ad ostẽtationẽ. sed ad utilitatẽ nostra edimus. & queãdmodũ pecuniæ: ita operæ beneficiũ indigẽtibus p̃standũ est: & id qdem liberaliter. Sunt. n. qui ut uideant᷑ doctiores: nõ interp̃tationes: sed ænigmata proferãt: quos cũ sua ambitiõe & ostentatiõe relinq̃mus: quo plus odii sibi q̃ fauoris cõparãt. Ego: cũ intelligã interp̃tẽ oportere eẽ q̃si lumẽ eorum quæ interp̃tant᷑: & cũ omnes nõ potuerint multa aut audisse: aut uidisse: nõ existimabo mihi turpe: si ut pueris ꝓponi debet in scholis hoc opus ita a me declaratũ fuerit. qđ idem de plerisq; aliis deo mihi aspirãte breui me facturũ spo. Sed nũc ad instituta pergamus. ¶Postq̃ Igitur titulũ operis: uiderimus & q̃litatem carminis & ĩtentionẽ scribẽtis: ad argumẽtũ & textus expositionẽ ueniemus. Repetet᷑ autẽ paulo altius primæ epistolæ argumẽtũ: quoniã ex eo aliarũ cõpluriũ æpistolarũ argumenta pẽdẽt: in quibus postea eam ob causam erimus breuiores. ¶Titulus opis ẽ. P. Ouidii Nasonis poetæ Sulmonensis heriodum siue heroinarũ liber incipit. Primus aũt non addimus: quia plurimis placet unum tantũmodo eẽ librum. quum ĩ epistolas diuidatur & nõ in libros: in codice tamẽ meo uetustissimo repi distinctionẽ librorum: qđ qdẽ licet numero epistolarum constet: ita fieri potuit: sicut in epistolis: quas in ponto scripsit: quæ in libros a plurimis diuidũtur: & Iuuenalis satyræ licet seperatas habeãt sentẽtias: librorũ: tamẽ numerũ habẽt. Inueni igitur in codice meo uetustissimo hoc opus diuisum in libros. v. quorũ primus incipit. ¶Hãc tua Penelope. ii. Littora Thessaliæ. iii. Si qua tñ cæcis. iiii. Mittit hyp̃mnest. V. & ultimus: Mittit abidenus. sed in hoc nolim tamen eẽ contentiosus aut ꝑtinax. Epistolæ sunt numero. xx. quas heroidum uel heroinarum appellant. quoniam liet aliquot ex eis a uiris scribantur: maxima tamen ex parte sũt clararũ & Illu. mulierũ: quas heroidas appellant. Oui. li. ii. tristiũ. Prima locum sanctas heroidas inter haberes. ¶Masculinum est heros: qui & semideus dicitur & uir fortis: & uirtute eminens. plus homine habẽs. Fœmininũ uero sub forma patronomica dicitur herois. & heroine. Ouidius ãt se nõ solũ scripsisse has: sed & alias: quæ nõ sunt in hoc uolumine: cũmemorat. iii. amorũ ad Macrum. Car

mena aũt elegiacũ est hexametrũ & pentametrũ:quod quidẽ & amoribus & querilis & miseriis cõuenit.ut ho-
ra.in arte poetica.ostendit.Versibus ĩpiter iunctis q̃remonia primum.Mox etiã inclusa est uoti sentẽtia cõpos
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor:Grammatici certant.Genus aũt orõnis humile est:qa tali carmini
cõuenit.hoc est elegiaco:quod ut uidimus:exiguũ appellauit horat.q̃q̃ iter elegiaca Nasonis carmina hoc ma-
xime & sentẽtiis:q̃tum materia ipsa petit:& uerborum proprietate uidetur assurgere.Materia uero : est ethica
.i.mortalis:quia describit uarios uirorum mulierũq; mores.Intentio poetæ est exercẽdo ingeniũ & quærẽdo
famã amoris effectus demonstrare & ostẽdere q̃tum hi differant ĩ mulieribus pudicis & impudicis.qa in aliis
casti amoris pietatẽ.in aliis libidinis & furoris ĩcontinẽtiam probãt.Itaq; aliæ ad laudẽ & imitationẽ:aliæ ad li-
bidinis & ĩpudicitiæ detestationẽ memorant.Sciendũ aũt est:q̃ amoris affectus in nullis Nasonis libris meli-
us exprimũt:q̃ in his epistolis.in q̃bus artis amandi exercitationẽ ostẽdit:sicut ex orationibus Cicerõis q̃cq̃d
in arte dicẽdi tradit:optime p̃cipit.Sed iã argumentũ enarramus.q̃d ut supra diximus.paulo altius maioris de
clarationis gratia repetet.Ad pelei Aeci filii.& Thetidis nymphæ eius uxoris nuptias.quæ in Pelio Thessaliæ
mõte celebratæ sunt.diis oĩbus ac deabus p̃ter discordiã inuitatis:illa ĩdignata : accũbentibus cũ Ioue Iunone
eius uxore:& Pallade & uenere:in mediũ earũ cõiecit pomũ ĩ quo scriptũ erat.Detur pulchriori:cũq;:ut ẽ mulie
bris opinio de pulchritudine p̃pria audax:& temeraria.q̃libet earũ se pulchriorẽ diceret:neq; iupiter uellet de
hac re iudicare ne aut uxorẽ:aut filias offẽderet.eas remisit ad parim.q educatus apud pastorẽ tunc armẽta in
Ida seruabat.A quo iussit eas patere huius cõtẽtiõis iudiciũ & determinationẽ.Cum eni Hecuba priami uxor
Paride grauida esset:somniauit se parere facẽ:quæ totã Troiã incendio corriperet.Haruspicum responsis & nu
minis oraculo Priamus cognouit oriturũ sibi filiũ ex hecuba q patriæ eẽt futurũ incẽdiũ.Quare iuxit uxori:ut
q̃cquid parerũt iterficeret.Illa cũ puerũ q postea paris dictus est pepisset:materna pietate mota:non sustinuit eũ
interficere:sed falsa eius mortis simulatione decepto priamo:iussit eũ regiis pastoribus tradit.qui puerũ alerẽt
Itaq; ut pastoris filius.aut ut alii uolũt:& seruus & famulus in pecorũ & armẽtorũ custodiis nutritus est:œno-
nes nymphæ cõiugio usus.Ad hũc igit in idæis uallibus armẽta seruãtẽ cũ tres deæ accessissent seorsum cũ eo
quæq; locutæ pollicitationibus:ut sæpe in iuduciis fit corrumpe tẽtauerũt.Nã Iuno ut ẽ deorũ regina diuitias
& regna.pallas gloriã.sapiẽtiã:& rerũ oĩum cognitionẽ.Venus aũt uoluptatẽ:& pulcherrimæ in toto orbe ter-
rarũ mulieris usũ:& possessionẽ p̃misit q̃s auditas paris iussit añ se nudas adesse: ut certius de earũ pulchritudie
iudiciũ afferre posset.& demũ ueneris p̃missis magis captus p̃ ea sñiam tulit.Post aliq̃tũ tp̃is cũ agonale certa-
mẽ illic celebraret:paris q fortissimus erat ad illud accessit:in quo cũ oẽs:& etiã ip̃m ectora superare: Hector ira
sucensus cũ stricto gladio tãq̃ pastorẽ eũ eẽt interfecturus:paris se eius germanũ cõfessus ẽ:q̃d.ut Seruius scri
bit:allatis crepũdiis p̃bauit cũ adhuc sub pastoris habitu lateret.sunt aũt crepundia ĩfantilorum ornamẽta:Re
cognitũ igit eẽ filiũ suũ Primus paridẽ recepit in domũ:tanq̃ tanto tẽpore functus eẽt fato:& p̃iculo quod ex eo
ĩminere audierat.q mox aliquot nauibus edificatis Spartẽ nauigauit:ubi cũ a Menelao Agamẽnõis regis græ-
corũ fratre hospitio exceptus fuisset.deĩde ipsi Menelao cõtigisset ĩ cretam p̃ficisci:ille p̃fidus hospes Helenam
Menelai uxorẽ Iouis ex læda filiã:omniũ mulierũ speciosissimã:ĩ amorẽ suũ sollicitatã abduxit ad troiam.Alii uo
lũt expugnata Sp̃the siue lacedemõe:utroq;.n.noĩe dr̃:Helenã:quã ei uenus p̃miserat:a paride abductã. Hero-
dotus dicit eã nunq̃ fuisse ductã Iliũ:licet fere oẽs historiagraphi & poetæ aliter sentiãt.& credãt eã ad troiã de-
ductã:ut ẽt Homerus ostẽdere uidet.cũ igr̃ ad eã repetẽdã legati ab Agamẽnone & Menelao frustra sæpe missi
fuissent.Agamẽnon & Menelaus tãtã iniuriã armis uidicare.& Helenã bello repetere decreuerũt.Itaq; cum ad
hãc expeditionẽ ex uniuersa græcia exercitũ cogerẽt:Vlysses Penelopes admodum puellæ:q̃ paulo ante duxe
rat uxorẽ:& ex ea tantũ susceperat Telemacũ filiũ:amore retẽtus:ne iret ad illud bellũ ĩsaniã simulauit.iũctis.n.
diuersi generis aĩalibus arabat & salẽ seminabat:Quã ĩsaniã Palamedes uir bello clarus:qui regis mãdato dele
ctũ faciebat.detexit.Nã cũ aranti Vlyssi obiecisset Telemacũ ille ne filiũ læderet aratrũ eleuauit.& suspẽsum ara-
trũ ultra filiũ trãstulit.ex quo cognitus nõ eẽ ĩsanus coactus ẽ ad bellũ troianũ ire:ubi & Palamedis iniuriã ultus
ẽ:nã eũ falso p̃ditiõis crimĩe a græcis dãnari & lapidibus obrui & ĩterfici fecit mox in eo bello multa prudẽtiæ
& sollertiæ documẽta exhibuit:q̃ ipse apud Ouidiũ.li.xiii.metamorphoseon cõmemorauit:q̃ hoc loco uitãdæ
p̃lixitatis gratia p̃tereo:postremo eius op̃a factũ ẽ:ut troia decimo tandẽ anno postq̃ obsideri cœperat capetur
unde & ab Homero poliporthos.i.urbis populator dicit.& cũ in castris de armis Achillis iter ipsũ & Aiacẽ Te
lamonium ortũ eẽt certamẽ:Vlysses dicẽdi facundia ea obtinuit.mox euerso Ilio & Astyanacte hectoriis filio
e turri p̃cipitato:ne aliq̃s de sanguine hectoris sup̃esset.acceptaq; p̃te prædæ troiane:cũ in patriã gloriosus ui-
ctor reuersurus mari se credidisset:longe cõtra uotũ suũ ei accidit:nã uẽtis tẽpestateq; actus multũ diuq; errauit
& aliorum decem annorum spacio ad multa orbis terrarum loca delatus mores hoĩum multorũ uidit & urbes.
reliq̃ de eo dicentur in fine epistolæ:Cũ igit cæteris ducibus & militibus græcis qui bello sup̃fuerant domum
reuersis:solus Vlysses reuerteretur.neq; Penelope eius uxor cãm huius absentiæ sciret:ad eum scribit hãc epi-
stolam.in qua castum & coniugalem amorẽ suum erga Vlyssem ostẽdit:& eum rogat ut nullam remittat p̃ litte
ras responsionẽ:sed ipsemet ueniat:Adducit autẽ multas rationes quibus probat eum debere uenire.probat
enĩ primũ a cõmoditate:quia nõ amplius detineat bello.qa troia p̃pter quam abfuerat capta & euersa sit.Dein
de ab honestate & æq̃tatẽ.qa cum cæteri uiri domum reuersi uxores suas præsẽtia sua consolẽtur.& rerũ gesta
rũ narratione detineãt:ipse solus marit ali desit officio:p̃sertim cũ ipsa ut refert p̃petuum cõiugalẽ amorẽ ĩ eum
seruauerit.ostẽdit.n.se neq; alii ĩstant p̃re nubere uoluisse:& semp̃ fuisse sollicitam de p̃iculis Vlyssis:q̃d ẽ piæ
& fidelis cõiugis argumẽtũ.postremo q̃ Vlysses debeat domũ reuerti arguit penelope ab eius utilitate.qa eo
absente eius bona dilapidẽt:& dissipẽtur:cũ neq; ipsa utpote mulier:neq; Telemachus admodũ puer:neq; La
erteseius p̃r senio cõfectus ea tueri possint:Cõmemorat autẽ ei p̃cipue Seniũ patris:& Thelemachi filii tenerã

ætatem:ut si eũ uxoris amor curaq; nõ reducat moueat saltẽ filialis paternusq; affectus.sic ergo inq̃t. ℂ Hãc tua
penelope:Sensus ẽ.o Vlysse penelope uxor tua mittit tibi hãc epistolã.noli ãt mihi rescribas aliq̃d:sed tu ip̃e ue
nias.Hãc.s.epistolã.Tibi lẽto.i.tardo.Tua subaudi uxor.nã ĩ noĩbus ꝓpriis & gtĩuis ꝓnoĩum relatiuoꝝ uel de
mõstratiuoꝝ.& ĩ ꝓnoĩbus possessiuis sæpe filioꝝ uxorũ:maritorũ seruorũq; noĩa subaudiũt̃.Ver.Hectoris An
dromache.s.uxor.Ci.i.epistolis.Ser.tuus.s.filius.Terẽ.Video forte huius Byrrhiã.subaudi seruũ.& notãda est
hæc regula:Mittit.de se tãq̃ de tertia p̃sona dicit:cũ ĩ seq̃ẽti uersus ĩ p̃ria p̃sona loquat̃:dicit.n.Nil mihi rescri/
bas.i.ñ remittas mihi rñsum p l̃ras:sed tu ip̃e ueni:ip̃e hoc loco demõstratiue ponit̃:nã licet p ecclipsin p se ꝓfe
rat̃ tñ subaudit̃ tu:& hẽt teste prisciano significationẽ
ei⁹ ꝓnois q̃d subaudit̃.s.tu q̃d ẽ demonstratiuum.

Troia iacet:certe danais inuisa puellis.
Vix priamus tanti totaq; troia fuit.
O utinã tunc cũ lacedæmona classe petebat
Obrutus insanis esset adulter aquis.
Non ego deserto iacuissem frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies.

ℂ ANTO. ℂ Nã Troia iacet:diruta ẽ elegãtius.Virg.
idẽ exprimit cũ dicit.Et cãpos ubi troia fuit. ℂ Dicta ẽ
Troia a Troe rege Erictõii & calliroes Scamãdri filio:
antea teucria a Teucro:& Dardania a Dardão dicebat̃
ℂ Inuisa odiosa:ẽ.n.inuidere odisse:q̃d cõtra uotũ ni/
miũ uidemus. ℂ Danais puellis.heroidibus græcis: a
danao Strabo testatur danaos nũcupatos. ℂ Vix pria/
mus tãti:ingerit suspitiões:dubitat Vlyssem ideo len
tum eẽ:ne p̃egrino amore teneat̃:dũ staret Troia inq̃t:& priamus uiueret:uix fieri potuit q̃n ĩ p̃riam nauigare
tis.Græci.n.lõga obsidiõe fa tigati de reditu sæpius cogitarũt.q̃d in iliade Home.uĩ exprimere.Diomede refe
rẽte:si oẽs græci abscedãt:ego & Stelẽus soli in obsidione p̃sistemus. ℂ O utinã:p̃catur in paridẽ:cum hac poeti
ca exclamatiõe:q cũ Helenã rapuit:tantoꝝ maloꝝ præbuit cãm.Lacedæmona:Lacedæmon Peleponnesi urbs
Menelai regia nũcupata a Lacedæmone Iouis fil io ex Thaygete Atlantis & Pæliones. ℂ Adulter:Paris pria/
mi fili us:q ex lacedæmõe Helenam rapuit:de quo dicemus. ℂ Aquis insanis.i.magnis in alto furẽtibus helle
spõti undis. ℂ Nõ ego deserto:exponit incõmoditales suas. ℂ Frigida:sine uiro.calescere lectu m dicimus ubi
uir fuerit & fœmina. ℂ Relicta:p.xx.annos a te destituta. ℂ Tardos dies.q longiora uidẽt̃ absentia tua. ℂ Nõ
ĩnq̃t die & uote solicitarer:si pa ris Helenã non rapuisset.auget.n.pathos a tẽpore.

ℂ VBER. ℂ Troia.adducit rõnẽ quare ulysses debeat & possit uenire.dicit.n.troiã pp quam domo discesserat
eẽ euersam.Troia ẽt cũ regio sit asiæ in qua erat Iliũ urbs quã græci euerterũt ponitur tñ interdũ ꝓ urbe.ut Ver.
oẽmq; reuerti p troiam.& hic troia.i.iliũ.urbs troiæ. ℂ Iacet.diruta ẽ:& solo æquata:sicut.n.urbes cum ædifican
tur aut florent dñr stare aut surgere.ut Verg.Surgentẽ q̃ nouæ carthaginis arcẽ.& idem Troiaq; nunc stares.&
Oui.Iam stabant thebæ:ita cũ dirutæ sunt dñr iacere & cadere.Seruius Sulpitius ad Ciceronẽ: Quæ nunc pro/
strata & diruta añ oculos iacẽt.Ver.Ceciditq; sup̃bum Illiũ:Certe distinguẽdũ ẽ:ut non dicamus certe iacet sed
certe inuisa non.n.necesse ẽ affirmare Vlyssi q̃d troia iaceat:quia hoc ipse optimo sciebat q fuerat p̃sens.& ut di
ctũ ẽ in argumẽto:fuerat ẽt ex magna p̃te auctor illius ruinæ:dicit ergo:certe.i.certe odio habita. ℂ Puellis da/
nais.i.mulieribus græcis:nam Danai a danao rege dñr:qui añ pelasgi dicebant̃:& argiui:quia Danaus uñ dicti
sunt:argos habitauit.Puellis ãt dixit.non solum sexũ:sed ẽt ætatem significans:quia adolescẽtulæ mulieres nu
per nuptæ molestius ferunt maritorum absentiam. ℂ Vix priamus.uix.stultũ & ridiculũ est:ꝙ quidam sic ordi
nant:uix.s.iacet.uel uix inuisa.cũ neuter sensus ꝓcedat:sed sic intelligatur.priamus & tota troia uix meruit hoc
odiũ græcarum mulierum:hoc ẽ ut eaꝝ mariti pp ipsum Priamũ & troiã abessent:& consequẽtur hẽrent odio.
priamus.hẽt emphasin hoc nomen proprium.q.d.licet magnus rex tota troia.i.oẽs troiani:continẽs pro con/
tento.Vix fuit tanti:ut p eius obsidionẽ tot uiri græci abessent:& sic eaꝝ uxores eam hẽrent inuisam. ℂ O uti/
na.O.ab oẽs affectus conuenit:uel miserationis uel indignationis:iũgiturq; uocatiuo noĩatiuo & accusatiuo.
Cicero o magna uis ueritatis.& o me miserum.interdum p eclipsin p̃termittitur:sed subauditur.Plinius Iuni/
or.Hominẽ te patiẽtem:ac potius durum.interdũ ẽ aduerbium uocandi & iungitur uocatiuo.ut.O regina no
uam &c.Interdũ mirandi.ut Iuue.O qualis facies.interdũ indignandi:ut Ci.O tempora. O mores : Interdum
optãdi:ut Virg.Adsis o tm̃.& in bucco.O tantũ libeat mecum tibi sordida ruta Atq; humiles habitare casas : &
hac significatione optandi interdum ponit̃ p se.ut in exemplis supra dictis.interdũ iungit̃ cũ utinã ad maiorẽ
affectum exprimẽdũ.ut hic apud Oui.interdum cum si affectum hẽt optandi.ut apud p̃sium.o si ebuliat pater/
ni p̃clarum funus.interdũ ut inq̃t donatus interiectio ẽ optantis aduẽtum:aut animi repente p̃cussi : ut Teren.
o salue pãphile. ℂ Adulter.i.paris:quẽ.p iram ꝓprio nomine appellare nõ potuit:sed p contumeliã adulterum
dixit:ẽ.n.adulter q alienæ cõmiscet̃ uxori. ℂ Esset obrutus:eẽt opp̃ssus & submersus.Aq̃s insanis.i.magnis:ut
turbibis & tẽpestuosis:utrũq;.n.significat.ut infra:Quid si nescires insana q̃d æquora possunt.& ĩ bucco.Insani
feriãt sine littore fluctus.Cũ.i.quando & subaudit̃ tunc. ℂ Petebat.i.ibat. ℂ Lacedæmona.i.spartã : nam utro/
q; nomine dicit̃.ẽ aũt urbs laconiæ.lacedemon aũt dicta ẽ a lacedæmone filio Iouis & Taygetes:ex qua urbe:ut
dictum est.Paris Helenam abduxit:Sed lacædemona tam pro regione:q̃ pro urbe ponitur : ut Strabo scripsit
ex auctoritate Homeri.Classe:idest multitudine nauium instructarum.nam hoc significat Classis:licet pona/
ter interdum pro una naue.Horati.Me uel extremos.Numidarum in agros classe releget.optat autẽ ꝙ paris
fuisset submersus:cum iret ad rapiẽdam Helenam:quia si helẽa non fuisset abducta nunq̃ græci ad obsidionẽ
troiæ iuissent:& ipsa Penelope non passa fuisset incommoda q̃ infra se pati commemorat.in quo,poeta optĩe
exprimit affectum doloris muliebris:cuius ẽ longe repetere suarum ĩfelitatũ initia & cãs.sic Ariadne apud Ca
tul.Iupiter oĩpotẽs:utinam nec tp̃e primo Gnosia cecropitæ tetigissent littora puppes : & Dido apud Ver.iiii.
æn.Fœlix heu nimium fœlix si littora tãtum Nunq̃ dardaniæ tetigissent nostra carinæ.Itẽ Ariadne in epistola.

ad Thesea. Viueret androgeos utinā.&c.& Medeæ ancilla apud En. Vtinā ne in nemore pelio securibus cesæ cecidissent abiegnæ ad terrā trabes:neue inde nauis inchoādæ exordiū cœpisset:quæ nūc nominatur argo.&c. hāc expositionē pōit Ci.in rhetoricis:& ōndit eā uitiosam eē oratoribus:qm̄ nimis lōge repetat initiū: poetis āt interdū cōcedi.❡Nō ego:incipit ea cōmemorare:qbus dicit se fuisse caritura si paris fuisset submersus. Ego .s.penelope.nō iacuissem.i.cubuissem.❡Frigida:uel re uera frigida non calefacta a marito.uel certe:qđ magis placet:frigida.i.sola.nā frigere significat solū esse & cessare Teren.Nimiꝗ hic hoies frigēt:sicut cōtra feruere fre qntari.Ver.Feruet opus.& alibi Cū.l ittore feruere late ꝑspicres.dicimus āt solū hoiem q non hēt sociū:& locū desertū & nō frequētatū.Ter.Venit alicūde ex solo lo co.❡Deserto.s.te q debueras in eo mecū iacere.Nec q̄ rerer.i.nō dolorē & lamētarer dies ire tardos.i.eē lon gos:& tarde finiri:ut mihi uidet̄:nā amātibus:& oībus q sunt in aliqua sollicitudine fortuna tpa uident̄ tarde transire & eē nimiū longa.Ver.in bucolicis.Si mihi nō hæc iuxtotc ā longios anno:& Horatius i primo epi stolarū Vt nox longa qbus mētitur amica:diesꝗ Lon ga uidetur opus debētibus.

Nec mihi quærenti spaciosam fallere noctē
Lassaret uiduas pendula tela manus.
Quādo ego nō timui grauiora picula ueris
Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos troas ituros.
Noīe i hectereo pallida semper eram
Siue qs antilochū narrabat ab hectore uictū
Antilochus nostri causa timoris erat:
Siue meneciadem falsis cecidisse sub armis
Flebam successu posse carere dolos.
Sanguie tlepolemus lyciam tepefecerat
Tlepolemi leto cura nouata mea est.

❡ANTO.❡Nec mihi q̄renti:pathos a facto:ut pro cos falleret q̄tū telæ die texuerat:tantūdē ad lucernam nocte detexebat:pollicita erat se tunc uiꝗ accepturam cū telam finiuisset:qua integeret̄ Laertes senex:cū fatū contigisset.fallaciam:depræhēdit anthinous unus ex procis ancilla referente:ut Homerus auctor est.❡Fal lere noctem:hoc est nocte procos fallere.❡Pendula:i tellario ad opus conficiēdum patēs.❡Quando ego ñ timui.a corporis labore ad animi sollicitudinē transit: instans interrogando.❡Ego:quæ bellicos euētus considero.❡Pericula grauiora ueris.maiora quam possint accidere.❡Res ē solliciti:sn̄ia auget miseriam.Sunt inquit In amore ppetuæ sollicitudines:Vñ apud plau.ama tor adolescēs.Quam miser inquit ē qui amat.❡In te fingebam:animo comētabar exponit sollicitudines com memoratione piculorum.❡Nomine in hectoreo:quotiēs Hector aliquid gessisse dicebat̄.❡Antilochum: ne storis filium:quē Quiritus poeta non ab Hectore:sed a Mēnone auroræ filio interēptum scribit.Fuit & alius an tilochus Herculis filius.quē paris trucidauit.❡Menetiadē:patroclum Menecii filium:qui cum opūte Eanē pue rum pemisset ad peleum fugit.Is Achilli filio socium dedit in bello troiano.cūꝗ achillis indutus armis pugna ret:Apollo in formā asiis Dymantis filii incitat Hectorē ad pugnā cui:congredientē patroclum armis exuit ꝑ fractis fibulis & trucidandū obiicis:ut scribit Homerus.Interea Euforibus panthi filius patrocli humeros tælo confixit:cūꝗ patroclus:ut factū uitaret.ad suos se recipet:Hector utrūꝗ latus tælo transegit.Subripuissentꝗ tro iani cadauer.nisi ad tutelam Menelaus affuisset.❡Falsis:non suis:sed achillis.❡Successu:optato euētu: dolui ꝙ te supabatis non successit.❡Sanguine tlepolemus:phyleus thesprotiorum rex filiā habuit astiocheu:ex qua Hercules filiū Tlepolemū genuit:is cū in domo paterna Lyciniū patria germanū trucidasset:ueritus ultionē fu git.& Rhodi inpartē regni receptus ē:uñ.nauibus.ix.in obsidionē troianam uenit.Hunc Sarpedon lyciorum rex interemit.❡Lyciam:Lycii Sarpedonis.❡Est nouata:creuit:& aucta ē:maxime fui sollicita:cum lycii Sarpe donis hasta Tlepolemum cecidisse precepi.

❡VBER.❡Quærenti:conati:Fallere.Decipere & ꝑterire aliqđ faciendo:& texendo:ne molestiam temporis sentiam:quod tamē non possum assequi:qa labor texēdi dum de tuo discessu sum anxia lassat:& fatigat manus meas:quod non fieret si.tu adesses.omnis.n.uideret̄ labor mihi iucundus te ꝑsente:dr̄ āt falli uel decipi tēpus cum aliquid fit:quo ipsius tēporis molestia non sentiant̄.Ouidius in tristibus:Non solet̄:non qui labentia tar de Tempora sonando fallat amicus adest.❡Pendula quæ pendet e ligno quo inuoluit̄:qđ iugum dicit̄:Oui. li.vi.met.Tela iugo iuncta est.Quando.q.d.semp.est.n.ꝑnunciandū interrogatiue.❡Pericula.s.de te.❡Gra uiora ueri.s.periculis.i.maiora q̄ ea quæ uere possunt tibi euenire:Res ē solliciti:sn̄ia est exhortatio rhetorica. & est quasi descriptio amoris.sollicit:anxii.irrequieti.❡In te fingebam:enumerat penelopes picula multa:& anxios timores:quibus dicit se pp maritum suum quem amat affectā fuisse.❡Fingebam:aīo extimebam.& ut ita dicam:imaginabar.Troas:troianos accusatiuus ē græcus a nominatiuo tros.accusatiuus singularis est troa a quo pluralis formatur p additionem.s.ut troas.dicti autem sunt troes a Troe Ericthonii filio.❡Violentos: fortes:uel potius feros & crudeles.❡In te.contra te.s.interpugnandū.❡Eram pallida in noie hectoreo.i. sem p timebā cū audiebā nomē Hectoris.q oīum troianorū fortissimus dicebat̄.pallidus āt ponit̄ ꝑ timido:qm̄ ex timore sequit̄ pallor.Siue q̄s.enumerat multos quos audiuit ab Hectore interfectos:ob quam causam dicit se ualde timuisse ne Vlysses suis astutiis posset ab eo euadere.❡Antilochus erat causa nostri timoris.i.erat causa quare timerem:si.qs narrabat ipsum supatū ab Hectore.❡In quo aduertendū est ꝙ antilochus non fuit tamen ab hectore interfectus:licet fortasse in ꝑlio interdū ab eo supatus:Nam fuit nestoris filius: ab hectore iam mor tuo a Memnone Auroræ filio interfectus ē:cuius mortē Nestor admodū senex impatientissime tulisse dicitur: adeo:ut q̄reret̄ se nimis diu uixisse:qa filio fuisset supstes.propertius de Nestore sic inqt.Non ille antilochi ui disset corpus hūari:Diceret aut o mors cur mihi sera uenis.Iuuenalis.Oro parūper attēdas q̄tū de legibus ipe q̄rat̄ Fatoꝝ.& lōgo de stamine cū uidet acris antilochi barbā ardentē.nā q̄rit ab omni Quisquis adest socio cur

hæc in tpa duret Quod facinus dignũ tã lõgo admiserit æuo. ¶ Siue Menœtiaden. subaudi siue aliq̃s narrabat Menœtiaden.i.patroclũ cecidisse mortuũ esse. sub falsis armis.i.ĩ armis nõ suis: sed achillis. historia aũt hoc hẽt. patroclus filius Meneti filii Actoris ab achille sincære dilectus: cum achilles ob irã raptæ sibi Briseidis nollet pugnare. eius armis indutus putans se territuꝝ troianos q crederẽt ipm eẽ achillẽ. cũ hectore congredi ausus est. a quo & supatus & interfectus ẽ. cuius cædẽ tanq̃ amicissimi achilles ita moleste tulit: ut nõ posset quiescere. tandẽ ut eũ ulcisceret̃ reuersus ad pugnã hectorẽ interfecit. quẽ curui alligatũ circa muros troianos raptauit. & hæc satis sunt ad hunc locũ inteligẽdũ. patroclus. interdũ a poetis dr̃ Actorides ab auo. Oui. fastoꝝ li.i. Actoriden peleus. ipm quoq; pelea phoci Cæde p hemonias soluit acastus aq̃s. & li.xiii.met. Reppulit actorides sub imagine tutus achillis Troas ab arsuris cum defensore carinis. ¶ Flebã flẽdo timebã: dolos astutias tuas. ¶ Posse carere successu.i.ne carerent felici euentu.i.ne uincerẽt uiribus hostiũ. Sãguine Tlepolemus sic legẽdus ẽ text⁹ & nõ triptolemi. nã Tlepolemus de quo hic loq̃t̃ filius fuit Herculis ex astyoche. q Rhodi regnauit. & rhodioꝝ classem ĩ auxiliũ græcoꝝ duxit aduersus troianos ut Oui.xiii.met. O Rhodiæ ductor pulcherrime classis. Is a Sarpedõe Iouis laodamiæ filio. q ex lycia uenerat ĩterẽptus ẽ. & iõ dixit. ¶ Tepefecerat.i.calefecerat. sanguine.s.suo cũ eẽt uulnerat⁹: hastã lyciã.i. Sarpedõis lycii. Cura: timor sollicitudo. nouata: reditegrata.

Deniq; q̃squis erat castris iugulatus achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat:
Sed bene cõsuluit casto deus æquus amori:
Versa est ĩ cineres sospite troia uiro.
Argolici rediere duces; altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt nymphæ ꝓ saluis dona maritis
Illi uicta suis troica fata canunt
Mirantur iustiq; senes; trepidæq; puellæ
Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.
Iãq; aliq̃s posita mõstrat fera prælia mensa:
Pingit & exiguo pergama tota mero

¶ ANTO. ¶ Deniq; q̃sq̃s erat: colligit se maxĩe solicitari ad oẽ alioꝝ piculũ. Iugulatus: uulneratus & extinctus: iugulũ colli iũcturã dicimus: uñ iugulare iugulũ soluere. ¶ Castris achi. inter græcos milites. ¶ Pectus cor. qd̃ intra pectus cõtinet̃. ¶ Amãtis: penelopes. ¶ Erat frigidius gla. timore frigescebat: frigescimus tiore & cor exilit uñ plautinus senex in aulula: cũ maxĩe timeret artẽ ludriceã: inq̃t cor sibi exercere. ¶ Sed be. cõ. locus ab auctoritate deoꝝ: ait illis curæ fuisse qd̃ optabat. ¶ Deus: aut ad hymenæum: aut ad cupidinem referas. sed de hymenæo placet. ¶ Amori ca. cõiugali. ¶ Versa ẽ in ci. plus est q̃ si exusta ẽ dixisset. ¶ Sospite uiro. Vlysse. Id.n. potuit ex thelemacho scire. qui eadẽ ex Nestore & menelao audierat. ¶ Argolici redi. du. exemplo firmat suspitiones: alii rediere: tu solus cessas. ¶ Duces: ut Nestor & agamẽnon & Menelaus. ¶ Altaria fumãt. sacris ob suscepta uota perfectis. ¶ Barbara præda: spolia phrygũ & asinorum: qui barbari sunt. ¶ Ad deos patrios. in tẽplis deorum: & laribus pendunt̃ ut ueteres facere consueuerunt: qui postibus temploꝝ arma suspendebant. ¶ Grata fe. aliarum fortunam commendat quaꝝ: mariti redierunt. ut iustior sit eius quærela: aliæ diis uota psoluunt pro maritis saluis. mihi perpetua querela relicta est. ¶ Nymphæ. heroides: puellæ græcæ. ¶ Illi: qui redierunt græci. ¶ Canunt: narrant. ¶ Troica facta: quæ ad troiam gesta sunt. alii fata legunt. ¶ Senes iusti. seueri. & graues: onomaton est. nam singulis suas de nominationes addidit. ¶ Senes iusti. & puellæ trepidæ. ¶ Pẽdet: intenta est. ¶ Monstrat: signat. ¶ Pergama troianæ urbis situm.

¶ VBER. ¶ Deniq;. tãdẽ. & finaliter. q̃sq̃s.i.qcunq;. siue fortis siue ignauus. Iugulatus interfectus. Nã iugulus ẽ pars colli supra pectus ubi locus ẽ ad hoĩem interficiẽdũ aptus. inde iugulare dr̃. ¶ Castris achiuis.i.ĩ exercitu græcoꝝ. ¶ Amãtis.s.mei penelopes. ¶ Erat frigidius glacie: nã pp timorẽ hoĩes frigidi fiunt. Verg. primo æn. Extẽplo æneæ soluũt̃ frigore mẽbra: qd̃ ãt dixit frigidius glacie hypbole ẽ figura.i.suplatiuo: nã hæc oratio ẽ supra ueꝝ. ¶ Sed deus æquus.i.iustus: q pios & iustos nunq̃ derelinq̃t. Bñ consuluit.i. bñ ꝓuidit. Amori.s. meo. ¶ Casto. pudico qa semp seruaui tibi fidẽ. ¶ Versa est. ecce quo modo bñ cõsulit. qa in tantis periculis belli uir meus Vlysses incolumis remansit: & troia euersa ẽ. ¶ Versa est in cineres.i. incẽsa. nã quod incẽdio cõsumitur in cineres uertitur. Viro marito.s.meo. ¶ Sospite: incolumi. ¶ Argolici: nunc pergit penelope cõmemorare & probare ab æquitate: quod Vlysses debeat demũ reuerti: quia omnes alii duces reuersi consolant̃ uxores suas cũ ipse solus: ut diximus. martiali desit officio. ¶ Duces: a ducẽdo dicti qui partẽ exercitus regunt. ¶ Argolici: græci. ¶ Rediere.s. domum suam: uel in patriam. altaria fumant.i. incẽsa sunt ad facienda sacra diis. Oui. li.ii. fastorum. Idibus augusti fumant altaria fauni: solebant enim antiqui in aris thura & cæsas uictimas cumburere. unde illa sacra holocausta quasi combusta dicebantur. ¶ Præda: quicquid alicunde rapitur p̃da dicitur. ¶ Barbara.i. troiana: nã priusq̃ romani reꝝ potirent̃: græci omnes præter se barbaros appellabãt: postea uero latinis græcisq; exceptis barbari oẽs dicti sunt. ¶ Ponit̃.s. a uictoribus: quia solebant hostilia spolia tẽplis deoꝝ affigi a uictoribus. Virg. li.iii. æn. ære cauo clypeum magni gestamen abantis postibus aduersis figo: & rem carmine signo. ¶ Deos patrios. qui coluntur in patria: quia quælibet natio habuit suos deos. ¶ Nimphæ: interdũ græce dñr spõsæ: hic ꝓ mulieribus puellis ponit̃. ¶ Dona grata.s. ipsis puellis: qa libenter ea offerunt ꝓ maritis saluis idest incolumibus. Te. Saluum te uenire gaudeo. ¶ Illi.s. mariti. ¶ Canunt: cũ lætitia narrant. ¶ Suis: meli⁹ iungit̃ cũ uicta: ut sit datiuus & sensus. ¶ Victa suis.i.a suis.i. græcis. ¶ Troica fata: Notandũ est legẽdũ esse fata nõ ãt facta: qd.n. significaret facta troica eẽ uicta? sed fata uicta sunt quibus defensio troianorum consistebat: q̃ cum diu græcos fatigassent & ab ea expugnanda urbe repellerẽt: tandẽ insidiis Sinonis uicta sunt equo ligneo armatis uiris pleno in urbe introducto. fata aũt nõ facta legendũ esse: uel illo Verg. loco maxime pcipit̃. ii. æne. Fracti bello: fatisq; repulsi ductores danaum. fata autem troianorum hæc dicuntur fuisse: Vita Troili: Cõserua

tio palladii.i.simulachri palladis:quod troiani habebant in urbe.& ut Sepulchrũ Laomedõtis quod erat in porta scæa seruaretur integrũ:& ut Equi Rhœsi:de quibus inferrius dicetur:possent a troianis recipi. hæc oĩa fata uicerãt græci.Nã Achilles troilũ secũ cõgressũ[m] interfecit.Piladũ uero ab Vlysse & Diomede clão noctu urbẽ ĩgressis:c[æsis] arcis custodibus exportatũ est.E[qui] Rhesi ut infra uidebit̃.ab ulysse & Diomede abducti sunt ut Verg.inquit.Priusq̃ pabula gustassent troiæ xanthũq; bibissent.porta uero scæa diruta est ab ipsis troianis : ut equus introduceret̃.& ita fata troia[na] [illegible] de his nũc est intelligendũ.¶ Iusti senes.epithetõ cõueniẽs illi [illegible] Oui[dius] [illegible] met.Dicite iuste senex:& fœmina cõiuge iusto digna qd opteris & li.iiii.facto.'Flent pariter molles a[n]ĩs uirgoq; senexq;.Eqbus hæc iusti uerba fue re [illegible] naturaliter timide.pẽder.attẽte audit [illegible] aliquẽ attẽte audimus ita eũ aspicimus:ut ex eius ore pẽdere uideat[ur].Verg.de Didone:pẽdetq; iterũ narrãtis ab ore.Atq; aliquis.oñ[dit] penelope q̃ uatia rerũ narratiõe græci domũ reuer[si] detineãt uxores suas ¶ Mõstrat:oñdit q̃si ad oculũ.¶ [F]era plia.i.pugnas ge stas iter græcos & troiãos.¶ Pig[it] describit. Exiguo mero.sic.n.in mẽsa solẽt multa depingi:q̃ ad oculũ de mõstrare uolum° ut ifra Heléa ad pariden.Orbe quoq; in mẽsæ legi sub noie nostro : Quod diducta mero littera fecit amo & i.i.amorũ.Verba leges digitis:uerba notata mero.Idem in.ii.amoꝝ.Non oculis tacuere tuis conscriptaq; uino mensa.

Hac ibat simois:hic est sigeia tellus.
  Hic steterat priami regia celsa senis.
Illic æacides:illic tendebat ulysses
  Hic alacer missos terruit hector equos'
Oĩa nanq; tuo senior te quærere misso
  Retulerat nato nestor:at ille mihi:
Rettulit: & ferro rhœsum:dolonaq; cesos:
  Vtq; sit hic somno proditus:ille dolo
Ausus es o nimiũ:nimiumq;.oblite tuorum
  Thracia nocturno tãgere castra dolo

¶ ANTO.¶ Hac ibat:anaphora utit̃.nã licet paululũ decliet eãdẽ tñ dictionẽ repetit.¶ Simois:fluui:troian°:cũ Scamãdro iũgit̃ & loca palustria efficit.¶ Tell° sigæia:cãpus sigæũ troiæ ꝓmõtoriũ.urbs ĩ eo diruta cernit̃:illic & nauales:& achiuoꝝ ẽ portus:ut Stra.dicit:illic ẽt tumulus achillis:patrocli:& antilochi cõstitutus ẽ:q bus Ilíẽses quot annis sacrificãt.¶ Regia cælsa:supba priami domus:q̃ erat ĩ arcu paululũ distabãt paridis ædes ut Home tradit.¶ Aeacides:achilles æaci nepos & pelei fili°:ut dicẽus alibi.¶ Hic ala.mi.terruit Hector equos alii ad tractũ Hectorem hoc referunt.ut Distractus Hector achillis equos terruerit.¶ Et lacer admissos legunt qm̃ in consolatione ad Liuiã drusillã dicat.Hoc erat Andromache cũ uir religatus ad axem terruit admissos san guin[o]lentus equos.¶ At mihi ꝓbabilius ẽ ut ab Home.snia nõ discedamus:cũ quo cõgruere uidebimur si legamus.¶ Hic alacer:Hector patrocli morte gloriabũdus & gaudẽs.¶ Terruit:cõsternauit.Equos:achillis Xãthũ & Baliũ:quos genuit equaꝝ uelocissima podagres ex zephyro:cũ ad oceanũ uerno prato pasceret.¶ Missos:ab autumedõte diorei filio achillis auriga multis stimulis cõcitatos nam ut Home.xvii.Illia scribit : achillis equos cũ primũ ab hectore ꝓstratũ patroclũ senserint:discurrere & fremere cœpisse & licet ab autumedõte uerbere & adulatõibus iterdũ stimularent̃:illos neq; ad naues:neq; hellespontũ uersus referre pedẽ:neq; rursũ prelíũ ire uoluisse:sed tanq̃ colũnam i alicuius monumẽto nixã ĩmotos pstitisse & admotis alternatim capitib° multis lachrymis cõplorasse.¶ Oĩa nãq; tuo:unde res troianas intellexerint ostendit:in quo & ambiguitatem soluit:& domestica sollicitudinem aperit.¶ Nestor:pyliorũ rex & nelei filius.¶ Senior:qui tertiã ætatem agebat Nato tuo:Thelemacho de te sollicito.¶ Misso te:q̃ nõ.n.penelope telemacũ ad sciscitandũ de uly.misit sed ille sola nutrice cõscia cõsilio Miner.quæ se in formam mente anthiali regis tapiorũ filii uerterat.pylon ad Nestora & Sparten ad Menelaũ clam matre cõcessit:a quibus cũ res ad troiam gestas accepisset:ad matrem retulit :q̃uis primum in prædio ulyxem patrẽ sub mendici habitu cõperisset:ut Home.scri.ille:Teleãchus filius tuus.¶ Resum:Rhœsus Eronei filius thracũ rex postremus castra locarat:eius equi erant candore niuali:pnicitate uentis comparandi:currus auro argentoq; ornatissimi.Dolona:hector promissis achillis equis Dolonẽ: Eumedæ filium misit in castris græcoꝝ scrutaturũ.illum Diome.& Vly.q de troianis explurаturi mittebant̃.intercipiũt ꝓmissa impunitate troianoꝝ cõsilia itelligunt Deide iteremptо Dolone thrachũ castra iuadunt.Diomedes dormientẽ Rhœsum perimit:& socios.xii.equos i castra abigunt.& præsepe inter alios Diome.equos alligantur. ¶ Hic:rhæsus.¶ Ille dolo:promissa erat.n.doloni impunitas:si troianorum consilia aperiret.sed diomedes illum interemit.¶ Thracia thœsi thracii.¶ Dolona:per noctis insidias.

Itius inueni q̃ te genus oẽ ferarum. Glostenes & scriptores naxii duos fuisse minoes scribũt & totidem ariadnas priorẽ Baccho ĩ naxo insula nupsisse. alteram uero a theseo destitutam: cum Corynã nutricem sequeretur in naxum nauigasse. Alii unicam ariadnam e creta raptam fuisse scribunt & in naxo a theseo relictam laqueo uitam finiuisse. alii Onaro bacchi sacerdoti desertam a nautis nupsisse. Inochius ex theseo ariadnã peperisse oenopiõem & staphilũ tradit: Peõ amatusius ĩ sua historia affirmat theseum cum ariadna in cyprum insulam esse ui tempestatis delatum: illamq̃ cum salo tabesceret incolis commẽdasse: post paulo cũ rediret extinctam reperisse: erexisseq̃ illi duas statuas argenteam alteram alterã aureã: sacrificariq̃ instituisse quarto calendas septẽbris. Oui. uero cũ Diodoro conuenit: qui scribit Theseũ cum ariadna e creta soluẽtẽ in naxon esse delatum somnoq̃ admonitum a baccho: ut ariadnã relinqueret: dei timore perculsum puellam cũ altissimo somno p̃meret̃ reliquisse: q̃ primũ igitur expergefacta est cum theseum discessisse intelligeret hãc ad illũ epistolam dedisse commentus est. Diodorus illud adiicit deductam a baccho ariadnam in mõtẽ: q dri os nuncupatur nunquam comparuisse. Mitius inueni q̃ te genus omne ferarum. ĩ tota epistola perfidiæ ẽ: & sæuiciæ expostulatio: quas a comparatione in principio statuit: clementius inquit se mecum habuissent feræ: & fidius custodissent q̃ theseus. Credita: suæ fidei cõmissa: translatio ẽ a deposito. ℭ Peius: maiori perfidia. Ex illo littore: ϖάθοσ a loco: quẽ signat ne forte salutem alio translatã inuenisse Theseus existimaret: sum inquit ĩ ea solitudĩe: in qua me reliquisti. ℭ Per facinus: purgat qđ obiici potuisset: nõ mea culpa. sed tua perfidia relicta sum. Tẽpus erat: inuidiam auget a tẽpore & circũstãtiis: nam tempus locum & facti conditionem circunscribit. Quo primũ terra pruina: matutinum crepusculũ significat: quãdo terra leui rore imadescit. ℭ Incertum: quæ non omnino eram expergefacta: sed adhuc in somno languescebam. Metus excussere somnũ: timiditas somnũ excludit: ideo q altissime dormiũt si molesta obiiciãt̃ sõnia. uñ timere cogant̃ a sõno excutiũt̃. Luna fuit: nõdũ oĩo illuxerat dies. Specto si qd nisi littora cernam. mouet misericordiam a cura:

Ariadna theseo.



Itius inueni ; quã te genus omne
ferarum.
Credita non ulli; q̃ tibi peius erã.
Quæ legis. ex illo theseu tibi littor̃ mitto:
Vnde tuam sinc me uela tulere ratem.
In quo me somnusq̃ meus male p̃didit: & tu
Per facinus somnis insidiate meis.
Tẽpus erat uitrea quo primũ terra pruina
Spargitur: & tectæ frõde querũt̃ aues.
Incertum uigilans a somno lãguida moui
Thesea præssuras semisopita manus.
Nullus erat. r̃feroq̃ manꝰ iterũq̃ retẽpto.
Perq̃ torũ moueo brachia: nullus erat.
Excussere metus somnum. cõterrita surgo
Membraq̃ sũt uiduo præcipitata toro.
Protiusq̃ abductis sõuert̃ pectora palmis:
Vtq̃ erat e sõno turbida rupta coma est
Luna fuit. specto si quid nisi littora cernã;
Quod uideãt oculi nil nisi littus habẽt.

ℭ VBER. ℭ Mitius inueni: Ne & chartas frustra impleam: & auditori sim fastidio non enarrabo iterum fabulam minotauri: unde pendet argumentum huius epistolæ: quoniam satis dictum est in secunda epistola phillidis ad demophoõta super eum locum. & Tauri mixtaq̃ forma uiri: & item in argumento epistolæ phedræ ad hippolitum. Itaq̃ q uelit plene uidere illuc recurrat: qđ autem ad hunc locum attinet hoc ẽ in summa. Cũ ob leges a Minoe deuictis atheniensibus impositas Theseus in cretam nauigasset. Ariadne minois filia eius specie ac decore capta consilium operamq̃ dedit minotauri occidendi: & labyrinthi egressum edocuit. Deinde cũ ariadne noctu clam recedens in insulam appulit aliquando Diam: nunc uero naxon uicitatam: ubi dicitur reliquisse ariadnam & sine ea in patriam nauigasse. Quare fingit poeta eam derelictam scribere hanc epistolam ad Theseum: & eum increpare de duricia & immanitate animi & ingratitudine beneficiorum: quæ ei commemorat: & post commemoratas etiam infœlicitates suas rogat eum: ut nauem flectat: & redeat ad eam recipiẽdam. ℭ Mitius: idest minus crudele: nam nulla fera mitis. Est credita: idest cõmissa tradita. ℭ Vlli: alicui siue homini siue feræ. Vnde: idest ex quo scilicet littore. Tulere: pro abstulere. Somnus: idest sopor. Et tu: scilicet prodidisti. Tempus erat: dicit fuisse autumnale tempus. Vitrea: splendida ut uitrum. ℭ Spargitur: impletur. Pruinis. Iuuenalis. Iam leti ferro cedente pruinis autumno. Incertum: subaudi est: uel pro incerte posuit. Languida: cadentia & debilia. ℭ Præssuras: tractaturas. ℭ Semisopita: idest semidormiens: puto tamen esse legendum semisepulta: ut uersus stet: quod idem erit in sensu quod semisopita: ut Vergilius in sexto æneidos. tandem custode sepulto. ubi Seruius exponit. i. dormiente: cum autẽ sopor corripiat primam: ut apud Vergilium. Alitũ pecudũq̃ genus sopor altus habebat. Sopire & sopitus primam producit. Ouidius: libro septio metamorphoseos. Soluerat alta quies nullo cum murmure serpens Sopitis similis nullo cum murmure serpit: idẽ libro supradicto. Peruigilem superest hærbis sopire draconem. Aduertendnm est igitur semisopita male legi cum semisepulta: ut diximus legendum sit: quod idem significat quod semisopita: ut ex textu Vergiliano patet. Nullus pro non ponitur: quia de iasone solo intelligit: uel nullus: nec iason. nec alius. ℭ Refero: iterum fero. Retempto: idest sæpius tempto. ℭ Excussere: expulere & uiolenter remouere. Præcipitata. i. celeriter demissa. Viduo. derelicto a te marito meo. Sonuerunr: propter percussionem. Adductis: retractis. ℭ Vt: idest sicut. ℭ Erat turbida: idest turbata & incompta. A somno: idest propter somnum: quia dormiendo turbantur capilli ab ordine suo: & cultu suo. Rupta est: idest dilacerata. ℭ Luna: idest splendor lunæ. Nisi: idest præter.

CANTO. Cōcaua saxa. naturale ē ut ecco in locis cōcauis respōdeat: Nam ut scribit pli. uoces reciproce fiūt ex pcusso aere in mōtibus sinuosis: & cōuallibus: qm̄ non est nauigandi liberrimus campus: sed obiectu reflectitur. Locus ipse uo. ecco mihi rn̄debat. Ille locus. ecce quanta sæuitia arguit Theseū: ut immoto Theseo ad misericordiā inanimata concitet. Mons fuit. Drion uidetur significare in quē a Bacco delatam ariadnam diximus: ubi nunq̄ deiceps comparuit. Rari. quo minus uisu impediret. Pendet scopulus. mari iminens abluitur Inde. ex monte: quē ascēderam. Ventis crudelibus. tres deos sibi aduersatos esse narrat: uentos, somnū & fidem. Præcipiti. ut me fugeres toto uelo uētos excepisti pnicissime nauigans. Aut uidi. a dubitatiōe mouet misericordiam: fieri inquit potest: ut tuam nauim non uiderim: sed uoluntas me impulerit: ut te uidisse existimarim. Quo fugis. cum stomacho legēdum uerbū hoc inuidiose posuit. Suum numeꝝ. deest. n. ariadna. Plangore replebā cum a clamore discedebā: me ut in summo dolore fit uerberabam. Mixta. interdum & clamorē cū uerberibus confundebam. Iactatæ manus. ne obliuionē forte in causa esse diceres: signa tibi dedi manibus late iactatis. Candida uelamina. ecce aliud signū quo relictæ Theseus admoneretur: sustuli inqt longo trunco albū uelū. Iāq; oculis erept⁹ eras. firmat nō putasse: sed oio Theseum abeuntē uidisse. Tū deniq; fleui. ereptus meis oculis erupi in lachrymas. antea . n. præ stupore & cura flere nō potui. Me. calamitatē & fortunam meam. Aut ego diffusis. πάθος a corporis habitu: augetur . n. cōmiseratio si cū sollicitudines nr̄as exposuerimus corpis habitū: q̄ fortunam pn̄tē deceat subiectamus. Qualis ab ogygio: comparatione demōstrat qualis fuerit ariadna. Cōcita baccha. Bacchi sacerdos nūmis furore cōcita passis crinibus sine ordine fert q̄liter in metamorpho. Agauē describit. VBER. Vtroq; in utrāq; partē. s. huc & illuc. Sine ordine. i. sine rōne. Tardat ipedit. Puellares. i. meos: q̄ sum puella: qa difficilis ē cursus p arenam. Reddebāt nomen. scilicet per Echo. i. per resonationē: nā ichoo græce resono significat. unde Echo dicitur uox: quæ ex cōcauis & desertis locis ex clamore reddit. quæ aliquando secundum fabulas nympha fuit in solā uocē respondētē a iunone mutata: ut scribit Oui. li. iii. meta. Clamanti. s. mihi. i. uocanti alta uoce. Totiens locus ipse uocabat: quia Ecco reddit eadem uerba. Oui. in fabula Narcissi. & Echos: & totidem quod dixit uerba recepit. Ferre opem. quia qd̄ tu nolebas facere ipsa faciebat ut mihi responderet. Mōs fuit. describit locum ex quo dicit se prospexisse nauē Thesei & eam uidisse. Frutices. arbusculæ. Adhæsus. corrosus: & cauatus. Vires animus dabat: q occurrebat posset obiici qūo poteras ascēdere: dicit: animus dabat uires: qa nemo est tam imbecillis & timidus. quē animus & mira cupiditas aliqd faciēti: non faciat & fortē & audacē. Metior. contēplor. Meo prospectu. meis oculis pspicere aūt est pcul. i. longe aspicere. Inde. ex eo monte. Nā uentis &c. parenthesis. Quoq;. etiam sicut te. fuerunt enim crudeles. qa te cito auferebant. Præcipiti. festino. Aut certe cū putarē me uidisse: quia sæpe ex affectu animi putamus nos uidere ea q̄ non uidemus. Frigidior glacie. hyberbole est. i. supatio. i. oratio supra ueꝝ. Semianimisq;. i. semimortua. Languere. i. ita eē stupidam. Illo. s. dolore. Excitor. conduplicatio est. Sūma maxima. Reuertere. redimere. impatiui est modi. Numerum suum. i. oēs q in ea esse debent. Hæc ego. s. dicebam. Plangore. percussione. Verbera cum uerbis: qa & clamabam: & feriebam pectus meū. Si non audires. dicit se ēt fecisse signa motu manuū ut saltē uideretur Theseo. Iactatæ. motæ. Iuue. A facie iactare manus. Velamina candida. lineū pannum. Longæ uirgæ. i. perticæ. Scilicet. certe. q. d. hac sola causa. Admonitura. reductura in memoriam. Oblitos. te & socios. Ereptus oculis. i. non amplius uidebaris a me. Tunc deniq; fleui: qa antea clamauerā & me pcusseram tantum nec poteram p̄ dolore Lachrymari. Torpueram. factæ erant stupidæ. Genæ. oculi. Dolore pp dolorem. Quid facerēt? quasi dicat nihil. Nisi flerent me. i. miseriam meam. aliqui legunt te. i. discessum tuum: sed melius me. Desierāt. cessauerant. Aut ego dicit qd egerit posteaq̄ non āplius uidit nauē Thesei. Erraui. huc illuc iui. Diffusis. sparsis Qualis facit compationē. dicit. n. se sic præcipite cucurrisse sicut currunt sacerdotes bacchi cum dei numine stimulantur. Baccha. mulier Baccho sacrificans.

Nūc huc, nūc illuc & utroq; sie ordie cur
Alta puellares tardat arena pedes. ro
Interea toto clamanti littore theseu.
Reddebant nomē concaua saxa tuum.
Et quotiēs ego te: totiēs loc⁹ ip̄e uocabat:
Ille locus miseræ ferre uolebat opem.
Mons fuit apparēt frutices in uertice rari:
Nūc scopul⁹ raucis pēdet adhæsus aq̄s
Ascendo, uires animus dabat, atq; ita late:
Aequora prospectu metior alta meo.
Inde ego: nā uētis quoq; sū crudelib⁹ usa:
Vidi præcipiti carbasa tensa noto.
Aut uidi; aut certe cum me uidisse putarē
Frigidior glacie: seminanimisq; fui.
Nec lāguere diu patit̄ dolor, excitor illo,
Excitor: & summa thesea uoce uoco:
Quo fugis exclāo scelerate reuertere the/
Flecte ratē, numeꝝ nō habet illa suū (seu
Hoc ego q̄ uoci deerat plāgore replebā,
Verbera cum uerbis mixta fuere meis.
Si non audires: ut saltem cernere posses:
Iactatæ late signa dedere manus.
Candidaq; imposui longæ uelaina uirgæ.
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iāq; oculis ereptus eras, tūc deniq; fleui.
Torpebant molles ante dolore genæ.
Quid potius facerēt; q̄ me mea luina fle/
Postq̄ desierant uela uidere tua: (rent:
Aut ego diffusis erraui sola capillis:
Qualis ab ogygio concita bacca deo.

¶ CANTO. ¶ Ogygio deo. Bacchū significat: cuius noīe Thebas claras esse Pli. scribit. ubi Ogyges regnauit a quo Thebāi Ogygii dicti sūt. Lapis sedes. non minus erā ego: quæ sedebam lapis q̄ saxum: qd mihi sedē pbuerat. Sæpe tor̄ repeto. persistit adhuc in ea cura & expositione. Tua uestigia. quæ signa toro reliquisti. ¶ Strataq; Strata ut uulpianus & labeo definiūt quæ sternuntur oīa uestimenta dicimus: uestes strabulas: & peristromata ¶ Præssimus exclamo te duo. πάθοσ ab allocutione ad rem inanimatam. Vacat insula cultu. licet historiam uertere ut moueat orator. tradit Ci. ideo ut a solitudine misericordiam cōcitet. cultoribus naxon uacare dicit: cum ea tempestate esset cultissima: nam multo ante Butes Boreæ filius eam insulam tenuit: cū Lycurgi fratris insidias fugeret: cūq; antea insula Strongyle uocaretur: Diam appellarunt: post paulo cum Thraces illā deseruissēt: cares ex lamia profecti duce Naxo insulam occuparūt: & a duce Naxon appellarunt. Non ego iacta boum hoc oīo hystoria non caret: nam licet insula uitibus feracissima sit Diodorus tñ scribit siccitate a Thracibus: fuisse desertam Finge dari comitesq; mihi: figmento utitur qđ genus allocutionis Hermogenes πλάσαία hoc est figmentum appellat: esto inquit ut sint mihi parata nauigia ad nauigandum. ¶ Terra paterna. in patriā reditus non datˀ. Temperet ut uentos. licet æolus secundos emittat uētos. Nō ego te crete. hac allocutione ad patriam qua se frui nō licere dicit πάτοσ excitat. Centum p urbes cētum urbibus habitatam cretem Hom. scribit. Puero cognita terra ioui Arati carmen est q̄ germanicus Cæsar latinum fecit: eo ī dicatur iuppiter in creta nutritus cum de cynosura & helice loquitur: quæ iouis nutrices feruntur. ¶ Cresia uos tellus alluit moderator Olympi. Donauit cælo meritum custodia fecit. Quod fidei comites prima in cunabula magni. ¶ Fouerunt: iouis attonitæ cum furta parentis. Aerea pulsantes mendati cymbala dextra. Vagitus pueri patrias ne tangeret aures. Dicta exercerent dominæ famuli corybantes. ¶ Iusto parente. Minos cretensibus leges dedit: ut scribit Diodorus. ¶ Tecto recuruo. labyrinthū intelligit: quem ariadnes beneficio resoluisse theseum diximus. ¶ Dedi fila pro duce non modo fila ut Dedalus monstrarat ad resoluendum labyrinthum: sed coronam quam a Baccho accepisse scribit hygi. cuius fulgore loci tenebras superaret.

Aut mare prospiciēs in saxo frigida sedi.
Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui
Sæpe torū repeto: q nos acceperat ābos:
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua quæ possum pro te uestigia tango.
Strataq;: quæ membris irrepuere tuis.
Incūbo: lachrymisq; toro manāte pfusis.
Pressimus exclamo te duo, redde duos
Vēimus huc ābo: cur nō discedimus ābo:
Perfide pars nostri lectule maior ubi ē:
Quid faciā: quo sola ferar, uacat īsula cultu
Nō hōīnū uideo: nō ego facta boū.
Oē latus terræ cīgit mare nauita nusq̄ est:
Nulla per ambiguas pupis itura uias.
Fige dari comiteq; mihi: uētosq; ratemq;
Quid seqr: accessꝰ terra paterna negat.
Vt rate fœlici pacata per æquora labor:
Temperet ut uētos æolus: exul ero.
Non ego te crete cētū degesta per urbes
Aspiciam: puero cognita terra ioui.
Nā pater: & tellus iusto regnata parente.
Prodita sunt facto nomina cara meo:
Cū tibi ne uictus tecto morerere recuruo
Quæ regerēt passus pro duce fila dedi.

¶ VBER. ¶ Concita. cōmota. A deo ogygio .i. Baccho thebano ogygius rex fuit thebanorum. Bacchus autem ex Semele filia cadmi qui thebas condidit: natus ē: ut scribit Oui. in metamor. Bacchæ autem solēt præcipites huc illuc currere. Phædra supra. Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ. ¶ In saxo in monte saxeo. Tam lapis fui. idest ita fui frigida & stupida ut est lapis: sicut lapis fuit sedes mea. ¶ Repeto torum. reuertor ad lectum. Exhibiturus. redditurus. Per te. loco tui. Strata. culcitram lecti a sternendo dicta. Oui. in primo de amoribus. Esse quid hoc dicam. quod tam mihi dura uidentur Strata. ¶ Irrepuere. incaluere: quia illic cubuisti. Incumbo. s. stratis. i. impono os meum super lectum. Profusis. largiter effusis. Manante. fluente: & madido. Duo. ego & theseus. Maior pars nostri. Theseus quia maritus maior ē uxore. ¶ Lectule. contumeliæ & indignationis causa diminutiuo usa ē. Quo ferar. i. quo ire debeo. Vacat. caret. Cultu. uel cultura terræ. uel certe habitatione facta. Hominum: ut sunt ædificia facta. Boum. utpote terras cultas. Cingit. circundat. Omne latus. i. oēm partē. Nauita. i. nauta est autem epentesis. i. extēsio dictionis. Ambiguas. dubias: quales sunt uiæ maris. Finge. i. pone. i. ponatur: q̄ ego inuenirem comites: & naues: quo tamē ire deberem. ¶ Quid. i. quem locum. Accessus. i. additus. Vt. i. q̄uis. Laber. i. nauigem: & celeriter eam. Ver. i. iii. æneī. & tñ hanc pelago præterlabare necesse est. Temperet uentos. i. licet det mihi uētos secundos. Exul ero. i. non habeo tamen quo eam. ¶ Non ego. dicit non licere sibi adire Cretam in qua regnabat pater suus: quia eum prodiderat: & ut supra diximus: clam eo discesserat. ¶ Digesta. diuisa. ¶ Per cētum urbes. habebat enim olim Creta centum urbes. ¶ Cognita ioui puero: quia iuppiter illic nutritus ē: diximus supra in epistola phædræ. Est mihi dotalis tellus ionis insula crete. ¶ Regnata. participium sine uerbi origine. ¶ Nomina cura. s. pater & patria. ¶ Prodita decepta offensa. Cum tibi. dicit prodidisse patrem & patriam, ut prodesset theseo: cum subaudi tunc. scilicet sunt prodita cum dedi fila quæ regerent passus. ¶ Pro duce. i. loco alicuius: qui te duceret. Ne tu uictus. s. a Minotauro. ¶ Morerere. perires. Tecto recuruo. periphrasis labyrinthi. sic supra phædra curua meæ fugit tecta sororis ope.

¶ CANTO. ¶ Per ego ipsa picula iuro: iusiurādum repetit ut pfidiæ hōestioris uideret̄ expostulatio: ē iqt fides

iureiurando firmata. Non ſum tua. quoniam deſtituta ſum. Si modo uiuit fœmina. negat ſe uiuere poſſe i ea ſo litudine. de coniugio ſpoponderat theſeus: ipſa pulcherrime apud Catullum his uerbis quæritur. At non hæc quoniam nobis promiſſa dediſti Voce mihi. neq; hoc miſeræ ſper re uidebas. ¶ Sed connubia læta. ſed optatos Hymenæos. Quæ contra næreidi ſerpunt irrita uenti. Me quoq; mactaſſes. a læti genere mouet πάθος. Fratrem. minotaurum intelligit quem Theſeus interemit. ¶ Soluta. non decepta. Nam ego non tantum commiſeratio eſt quæ excitatur recordatione eorum quæ nobis ratione præſentis caſus grauiora poſſunt accidere. Quæ ſum paſſura. mortem indicat de qua forte deliberarat. Morſq; minus pœnæ. moleſtius eſt mihi uiuere

Cũ mihi dicebas: p ergo ipſa picula iuro:
  Te fore: dum noſtrũ uiuet uterq; meã:
Viuimus: & nõ ſũ theſeu tua: ſi mõ uiuit.
  Fœmina periuri fraude ſepulta uiri.
Me quoq; q̃ fratrẽ mactaſſes iprobe claua
  Eſſet: quã dederas: morte ſepulta fides.
Nũc ego nõ tãtum q̃ ſũ paſſura recordor
  Sed quæcunq; poteſt ulla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
  Morſq; min⁹ pœnæ: q̃ mora mortis hẽt.
Iam iã uẽturos aut hac aut ſuſpicor illac:
  Qui lanient auido uiſcera dente lupos.
Forſitant & fuluos tellus ait iſta leones.
  Quis ſcit: an hæc ſæuas iſula tigres hẽt
Et freta dicunt magnas expellere phocas:
  Quis uetat: & gladios p latus ire meũ:
Tantum ne religer dura captiua cathena.
  Neue trahã ſerua grandia penſa manu.
Cui pater ẽ minos: cui mater filia phœbi:
  Quod magnis memini: q̃ tibi pacta fui
Si mare, ſi terras, porrecta que littora uidi
  Multa mihi terræ: multa minãtur aquæ.
Cælum reſtabat: timeo ſimulacra deorũ:
  Deſtituor rapidis præda cibuſq; feris.

diutius ſi confeſtim interirem. Nam poſtquam deſtituta eſt a Theſeo ſe uixiſſe negat. confecta dolore horis ſingulis interiebat. ¶ Iam iam uenturos exponit. quid uiuendi moram moleſte faceret. Timeo inquit lupos ne me lanient. Fuluos leones. in naxo immo in europa non ſunt leones ut Ariſtoteli placet. niſi ad acheloum amnem: in africa tamen ſunt ferociſſimi & Syria. quos tamen ferocia affirmant ſuperari ab his: qui in europa gignuntur. Tygres habet. in naxo non proueniunt tygres: quas indi & Hyrcani mittunt. Octauius manſuefactam populo romano oſtendit. ¶ Magnas phocas: monſtra marina ſunt Phocæ: quos uitulos marinos dicimus. Altiſſimo ſomno præmuntur: ut ſcribit plinius. eius pellem fulmine afflari negant. Tantum ne religer. ſeruilem conditionẽ de tractat: cui omne genus mortis præponit. Cui pater eſt minos. cõmemoratione priſtinæ fortunæ propoſitũ tuetur. Simulacra deorum. aſtra deos appellat: ut Stoicis placuit quæ ferarũ imaginibus cælo deformata uiſuntur: ut apud germanicum Cæſerem licet intueri. hoc non caret hiſtoria. nam ariadna cum corona in cælo tranſlata dicit: coronaq; tantum conſpici.

¶ VBER. ¶ Iuro. uerba quibus utebatur theſeus ac ariadnem. Fore ideſt futuram. Dum. ideſt donec. Si modo uiuis. ad ſe ipſa conuertit ſermonem ariadne corrigens qđ dixerat uiuimus. uult enim hoc dicer uiuimus ambo Si modo o miſera fœmina ariadne potes tu dici uiuereq; es ſepulta fraude theſei. ¶ Sepulta. ideſt quaſi mortua. non ꝙ eſſet ſepulta. Mactaſſes. deeſt utinam. Qua fratrẽ ſcilicet mactaſti hoc eſt Minotaurum. ¶ Soluta. liberata: quia fides & obligatio coniugii ſoluitur ipa morte. Quæ ſum paſſura. ideſt quæ ſunt mihi accaſura. Vlla relicta. ſicut ego. Occurrunt. offerunt. ¶ Pereundi mille figuræ mille formæ. Morſq; minus. i. minus graue & pœnoſum eſt mori. q̃ expectare & tardare ipſam mortem. ¶ Mora. ideſt dilatio. Iam iam. mox ſubito. Aut hac aut illac. ideſt ex omni parte inſulæ. ¶ Viſcera. mea. Audio. famelico. Iſta. pro hæc. Fuluos. a colore: nam ut A. gel. ſcribit fuluus ex uiridi & ruffo conſtat. datur autem hoc epitheton fuluus & auro & leonibus. Quis ſcit. ideſt quis poteſt ſcire cum nemo hic habitet. Sæuas tygrides. iſteſt feras & nimium crudeles. abundat autem apud hyrcanos & indos nimis tremendæ uelocitatis. de cuius natura ſcribit plinius libro octauo. Expellere. ideſt eiicere in ſyccum. Phocas. ideſt uitulos marinos. ita enim dicuntur a nobis: quæ licet inter aquatilia nominentur. tamen & pilo ueſtiuntur: & animal pariunt: & in terra noctu dormiunt. Vergilius quarto geor. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. nullum autem animal teſte Plinio grauiore ſomno præmitur: inde Iuuenalis dixit. Eripiunt ſomnum druſo uituliſq; marinis. Quis uetet. quaſi dicat nullus. poteſt enim uenire aliquis q me gladio tranſfodiat. ¶ Tantum. quaſi dicat ſupradicta non multum curo. Tantum. ſolummodo. ſcilicet timeo. ¶ Ne religer. ideſt abducar ligata. tanq̃ captiua. Ne traham. ex colo deducam. Penſa. lanas ad penſum datas. Manu ſerua: ideſt ſeruili. ¶ Cui. ideſt ego cui. Minos. habet emphaſio: quaſi dicat filius iouis & Europæ: rex Cretæ. Mater. de Paſiphæ filia phœbi dictum eſt ſupra in epiſtola Phædræ. Quodq; magis: ideſt quod plus ẽ. ¶ Quæ fui pacta tibi. ideſt quæ fui ſponſa tua. pluris enim hoc facio q̃ patris & matris genus. Si mare. dicit ſe undiq; uidere ſibi parata pericula. Porrecta. extenta longa. Multa: ſcilicet mala & pericula. Cœlum reſtabat. ſcilicet unde non eſſent mihi pericula. Simulacra. figuras: in quas dei dicũtur ſe mutare. Præda rapina. Cibus. eſca. i. deſtituor rapienda aut deuoranda a feris.

¶ CANTO. ¶ Viueret androgeus. is fuit unus ex minois liberis: quẽ ægeus theſei pater iteremit: cũ dubitaret ne Atheniẽſe impium cum filiis pallantis: quorum amicitia fruebatur: ſibi adimeret: unde coacti ſunt atheniẽſes: ut minoi pœna pẽderẽt: annis ſingulis mittere pueros ſeptem & totidem uirgines: ut minotauri deuorandi traderẽtur. Cum ſors theſeo contigit beneficio ariadnes minotaurum reſoluto Labyrintho trucidauit uti

nam inquit athenienses non interemissent androgeum: quoniam tu ad perimendum minotaurum non nauigasses: nec ego deserta quærerer. Hæc exoptatio ad mouendum commiserationem maxime accommodata est qualis illa est Vergiliana dido. Fœlix o nimium fœlix si littora tantum Nunquam dardaniæ tetigissent nostra carinæ. Funeribus tuis: corporibus tuorum & puerorum & uirginum qui tradebantur minotauro deuorandi Aristoteles tamen negat mactatos esse: sed seruorum loco habitos. Deinde missos a cretensibus delphos cum sibi ipsis uictum ministrare non possent in italiam migrasse: tenuisseq; iapigiam. Deinde i Thraciam deuertétes Botheos esse appellatos. ❡ Terra cecropi. atticam intelligit: quam cecrops tenuit. Ardua parte uirum dextera minotaurum circunscribit. Non equidem miror: cómemoratis beneficiis adstruit': ut duritiem crudelitatéq; in Theseo expostulet. Si stat uictoria. si uicisti. ❡ Cretam humum. si Cretenses uiderunt stratum tua duritiæ minotaurum. Non poterant figi non inquam superasti tua uirtute. sed qua tanta durities uulnerari non potest. Eras tutus: sine armis pugnare potuisses. cum sis ferreus. Habes Thesea. Hyperbole poetica est. Theseum enim usurpat pro materia: quæ omnem superet duritiem. Crudeles somni. dolor cogit: ut in deos etiam excandescat. Inertem. securam adeo ut nihil sentirem. At. saltem hoc loco significat. saltem inquit me & una nocte hoc est morte præssissetis. ❡ Officiosa. nimium parata & curiosa ad meam miseriam. ❡ Dextra crudelis. ex seuitia ad perfidiam transit. non minus inquit perfidum q̄ difficile fuisse adstruit.

Siue colunt habitātq; uiri: diffidimus illis,
  Externos didici læsa timere uiros.
Viueret androgeus utinā: nec fata tulisses
  Impia funeribus cecropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodoso stipite theseu
  Ardua parte uirū dextera parte bouem
Nec tibi quæ redit⁹ mōstrarēt fila dedissē
  Fila per adductas sæpe recepta manus.
Non equidem miror si stat uictoria tecū.
  Strataq; cretæam bellua strauit humū.
Non poterāt figi præcordia ferrea cornu
  Vt te non tegeres pectore: tutus eras.
Illuc tu silices: illuc adamanta tulisti.
  Ille qui scilices thesea uincat habes
Crudeles somni quid me tenuistis īertem
  At semel æterna nocte premēda fui.
Vos quoq; crudeles uēti nimiūq; parati.
  Flaminaq; in lachrymas officiosa meas.
Dextera crudeles: q̄ me: fratrēq; necauit

❡ VBER. ❡ Siue colunt. idest si etiam habitant. Diffidimus. idest nonfidimus. Externos. idest hospites. Læsa. scilicet a te. quia nūc timeo ne oēs noceant mihi. sicut tu nocuisti. ❡ Viueret androgeos. muliebre est: ut sæpius diximus. longe repetere causas suorum malorum: sic in prima epistola penelope. O utinam tunc cum lacedæmona classe petebat &c. dicit igitur quod posset optare: quod androgeos frater suus nunquam fuisset interfectus inuidia atheniensium: quia athenienses non coacti fuissent uicti a Minoe mittere septem corpora filiorum & septem filiarum quot annis ad Minotaurum ut supradictum est & sic theseus nunquam uenisset in cretam. & per consequens ipsa nunquam fuisset ab eo decepta. ❡ Androgeos. nominatiuus est atticus: cuius ultima longa est: q est omega. fuit autem filius minois & pasiphaes: qui cum esset fortissimus athleta ab atheniensibus per inuidiam interemptus est. ob quam causam Minois contra eos bella mouit & uictis eas leges imposuit. quas supra diximus. ❡ O terra cecropi. idest athenienses. est autem uocatiuus a forma patronomica Cecropis. Cecropidos. fuit autem Cecrops rex atheniensium: qui primus apud eos maris & fœminæ legitimam coniunctioné inuenit ex quo finxerunt eum fuisse geminæ naturæ. ab eo athenienses Cecropidæ dicuntur. ❡ Tulisses. soluisses purgasses. Impia fata. idest crudelem mortem androgei. Funeribus tuis: idest mortibus tuorum. ❡ Stipite trunco. Ardua ex quantitate syllabarum distinguendi sunt casus: ut non dicamus ardua parte: sed dextera tua ardua. idest in altum sublata ad inferédum maiorem ictum. ❡ Nec mactasset uirum parte. scilicet una. ❡ Et bouem parte scilicet altera: & ita est periphrasis Minotauri. ❡ Monstrarēt reditus. idest regressus ad locum p qué introieras in labyrinthum. ❡ Sæpe recepta. idest sæpe reuoluta. Adductas. flexas: & retractas. Non equidem obiicit ei nimiam duritiam. Stat. i. est. Stata interfecta. Bellua. Minotaurus. ❡ Strauit. i. texit uel pcussit: aliqui legunt tinxit. Non poterant. ecce causa: quia habuit uictoriam. Præcordia. dicuntur quæ sunt circa cor. ponūtur tamen pro omnibus intestinis. Ferrea. dura. Cornu. s. Minotauri. aliqui uolunt intelligere de tauro creteo qué Theseus uicit. sed non in creta: sed apud Marathoné eum interfecit. Figi: Vulnerari. ❡ Vt. i. q̄uis. Tegeres defenderes Verg. nec apollinis insula texit. ❡ Pectore. i. duricia pectoris. Tutus: munitus. Illic in pectore tuo. Silices lapides durissimos. Adamanta. alibi diximus lapidé nimiæ duriciæ. Habes thesea: qui uincat. i. habes feritatem tibi ingenitam: quæ ē durior silicibus. Crudeles conq̄ritur de somno a quo sit tardata discedéte Theseo. apostrophat ad somnos. Inerté. sopitam. non sentiété. At semel. dicit quod ille somnus debuisset esse æternus itaquod nunq̄ esset excitata: quia nunc non esset in tantis doloribus. ❡ Semel. uno tpe. Aeterna nocte. i. morte. Verg. in æternam clauduntur lumina noctem. Nimium parati: qui tam cito Theseum abstulistis. Flamina. auræ. flatus. Officiosa. prompta. In meas lachrymas. i. ad faciédum me flere.

❡ ANTO. ❡ Inane. nullius efficaciæ. Iurarūt. conspirationé fecerūt. Diis iputat factū: ut & ipsa oio culpa uacet & theseo non sit liberum ab incepto cursu reuocari. si inquit ira somnus fides & nenti statuérunt. Theseusq; é durissimus nullo pacto reuocari poterit. sed mihi moriendum est. ❡ Ergo ego nec lachrymas adstruit in morte incommoditates: ut non modo dum uixit: sed post fata incommoda paciatur. ❡ Lachrymas matris. flenté

Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus: uentusq; fidesq;.
Prodita sum causis una puella tribus.
Ergo ego nec lachrias matris moritura ui
Nec mea q digit⁹ lumia cōdat erit(debo
Spiritus infœlix peregrinas ibit in auras:
Nec positos artus unguet amica man⁹.
Ossa superstabūt uolucres inhūata mariæ
Hæc sunt officiis digna sepulchra meis.
Ibis cecropios portus: patriaq; receptus:
Cum steteris turbæ celsus honore tuæ.
Et bene narraris lætum tauriq; uiriq;:
Sectaq; per dubias saxea tecta uias:
Me quoq; narrato solam tellure relictam.
Non ego sum titulis surripienda tuis:
Nec pater ē æge⁹: nec tu pitheidos æthæ:
Filius: auctores saxa fretumq; tui.
Dii facerēt: ut me sūma de puppe uideres
Mouisset uultus mœsta figura tuos.
Nūc quoq; ñ ocul: sed q̄ potes aspice mē
Hærētē scopulo: quē uaga pulsat aq̄.(te.
Aspice demissos lugentis more capillos:
Et tūicas lachrymis sicut ab ibre graues.
Corpus: ut ipulsæ segetes aqlōibus horrēt

matrem ut decet in liberorum funere. Ibit in auras peregrinas: non tamen hoc dicit quod in patria moreretur sed cum sepulchro esset caritura eius spiritum errare circum Coryti littora dubitabat. Inhumata: sine honore sepulturæ. Positos. extinctæ ariadnes. Hæc sunt officiis: per ironiam ingratitudinem obiectat. Reddis: inquit talia præmia pro dulci uita: ut ipsa apud Catullum quæritur. Ibis Cecropios portus. inuidiose hoc dictum est ī trabis Pytheum Athenarum portum. Celsus honore: a triumphantibus translatio: qui inter cæteros eminebant sequente pompa. ¶ Saxea tecta: Labyrinthi circunscriptio est. Erant labyrinthi fastidia saxis ītecta: ut Plinius tradit. Me quoq; narrato. non prætereas dum tua recenses me destituisse. Non sum surripienda: non debeo taceri in tuorum gestorum commemoratione. Nec pater est ægeus: ex ætra Pythei filia & ægeo natus ē Theseus: ut Plutarchus scribit: & nos rettulimus. Auctores saxa fretumq; tui. Apta obligatione: qua Catullus aptiori utitur. Quæ nā te genuit sola sub rupe leæna: Quod mare conceptum spumantibus expuit undis. Quæ Syrtis q̄ Scylla rapax quæ uasta Carybdis. Dii facerēt: ut me summa de puppe uideres affectione utitur: monstrat. n. qualis sit & quod actum sit in miserabili fortuna. Non oculis quia absens es. Sed mente meditare qualis esse possim. Hærentem scopulo: sola in eminenti saxo conspexerat Theseum. Graues madidas: lachrymaꝝ abundātia. Corpus horret. horrore torpescit.

¶ VBER. ¶ Fides. s. fuit crudelis. Nomen inane. i. sine effectu sic in primo de arte. Nomen amicitiæ nomen inane fides: nam cum ducatur a fio: ut uoluit Cice. non tñ fit qđ promisisti: & ita est nomen inane. Data fides. a te Poscenti mihi postulanti. Vna. i. sola. ¶ Tribus causis. s. somno uētis & fide. Ergo. particula est non illatiua hoc loco: sed indignatiua: ingemiscit enim ꝙ sit moritura in illa insula ubi nullum sentiat officioꝝ. Nec uidebo lachrymas matris. i. non uidebo matrem meam: quæ me moriētem defleat. Qui condat. i. qui claudat. nam mortuis solebant ꝓpinquiores claudere oculos: ut supra in prima epistola. Ille meos oculos comprimat ille tuos. ¶ Spiritus. i. anima. Peregrinas. ignotas. Positos artus. i. mēbra mortua. Ver. Sic o sic positi affati discedite corpus. Iunget. melius legitur unget. nam cadauera prius lauabantur: deinde ungebantur. Ennius. Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit. Volucres marinæ: quæ sunt uicine huit insulæ. Ossa inhumana. i. stabunt super ossa mea carentia humatione & sepultura. ¶ Hæc sunt sepulchra digna meis officiis. i. hæc sunt officia talia: qualia merentur mea erga te bñficia. hironice dixit. Ibis. ut eum magis moueat. dicit: ut Theseus meminerit cum redierit athenas: & narrabit res suas gestas inter eas commemorare quemadmodū decepit ariadnē: a qua tot tantaq; acceperat bñficia. Cecropios. athenienses. dictum est supra. Portus: deest ī patria. urbe athēarum. ¶ Celsus: altus. Turbæ populi. Et bene narraris. deest cum: & legendum ēst narraris. non autem narrabis. Letum mortem. Tau. q; uiriq;. i. Minotauri. Saxea tecta. i. Labyrinthum. Tellure hac insula. Nō ego. deridet ipsum: & hironice loqtur. Surripienda. remouenda. Tuis titulis tuis ladibus. Nec pater. ex nimia ira dicit eū nō esse humano sanguine genitum: sed ex saxis. ¶ Pater. s. tibi. Aethræ pyttheidos. i. filiæ pytthei: ut supra diximus. Auctores tui. i. parentes: & ex quibus es genitus. sic Dido ad æneā apud Verg. li. iiii. æne. Non tibi diua parens generis nec dardanus auctor perfide: sed duris genuit te cantibus horrēs Caucasus: hyrcāæq; admorunt hubera tygres. Dii facerent. nititur mouere eum ad cōmiserationem sui. Videres. pro uidisses. Mœsta figura. i. aspectus meus tristis & lachrymosus. Mouisset. ad misericordiam & lachrymas deduxisset. Nō oculi: quia ex remotione locorum non potes oculis corporibus me uidere. Sed mente sed cogitatione. Hærentem. i. figure uidere me stantem in scopulo ab aqua pulsato. Demissos. ꝑ humeros sparsos. More lugentis. i. more eius: quæ mortem alicuius mœret. Tunicas. s. meas. Graues lachrymis. i. madefactas. ¶ Sicut ab imbre. i. sicut ab aqua. ¶ Corpus. dicit se præ do ore & timore tremere. sicut segetes tremunt per uentos. ¶ Horret. tremit. ¶ Impulsæ: motæ. ¶ Aquilonibus. idest uentis: posuit autem aquilones pro omnibus uentis: & hæc comparatio est etiam in primo libro de arte amandi de ipsa Ariadne. Horruit: ut streiles agitat quas uentus aristæ. Vel leuis in madida canna palude tremit.

¶ ANTO. ¶ Labat littera: qa tremūt articuli horroī cōpressi: epistola rudib⁹ notis est scripta: Non te ꝑ meritū solita deprecatione epistolam claudit. ¶ Adoro te: non per meritum: quia ingratitudine Theseum isimularat non erat bñficiis depræcandus. ¶ Quoniam male cessit: mihi fuit inutile: nam cum gratias repēdi expectarē:

in solitudine feris deuoranda relicta sum. Facto meo: meis beneficiis: quæ in te contuli. ¶ Sed nec pœna quidem. si non eram digna gratiis pro collato beneficio: non est cur pœna sim afficienda. ¶ Non ego causa salutis exprobrat beneficia. si negas me te eripuisse e medio læti turbine. tamen ad necem tu me cogere non debebas ¶ Has tibi plangendo: Translatio est a uictis in prælio: qui cum succubuerint manus tendere cõsueuerunt Lassas plangendo pectora: quæ iam languescunt: dum me percutiunt. ¶ Qui superant: cæteros laniatu assiduo decrepsi. Tua fact: ad sæuitiam & perfidiam hoc refert. Si prius occi. q̃ in naxon reuersus. Ossa leges: in sepulcro compones a ferarum dentibus decerpta. Ex Peonis amatasii hystoria sumptum. qui scribit: ut diximus ariadnam in cypro reliquisse nauigatione defessam & cum rediret extinctam repperisse. reliquisseq; pecuniã ad sepulchri & funeris pompam.

¶ VBER. ¶ Littera præssa. i. signata & scripta. Articulo: idest digito. Labat. uacillat. i. non habet rectum ordinem Non adoro. i. non oro nec adiuro. Per meritum. i. per bñficium quod tibi præstiti. Quoniam male cessit. i. male successit mihi: quia male locaui ipsum. Nulla gratia. i. nulla retributio. Si facto meo. i. beneficio quod tibi feci. ¶ Sed nec pœna. s. sit meo facto. i. si non uis reddere gratiam facto meo non debes etiam reddere pœnam & malum. Si non. i. si non fui tibi causa salutis. sicut fortasse tu existias non tamen est cur tu sis mihi causa necis. i. cur tu debeas esse causa meæ mortis. Has dycticos. i. demonstratiuæ. Plangendo. idest percutiendo. Tantum enim percussi pectora mea. q ipse manus sunt lassæ. Tendo. porrigo. Qui superant. idest qui supersunt & restant. nam reliquos præ dolore laceraui. & auulsi. Tua facta s. crudelia: quia me deseruisti. solam. Flecte. ordo pendet ab eo loco. non te per meritum: hucusq; flecte ratem. Verte nauem ad me recipiendam. Relabere retro nauiga. Verso mutato. Si occidero prius. idest si mortua fuero antequam redeas ad me abducendum ex his locis. Tu feres ossa. idest efferes: & sepelies. conclusit autem epistolam per commiseratione͂ Exitus rei fuit. quod Theseus nunquam reuersus est ad eam: sed illa inuenta a baccho in ea insula facta est uxor eius: & translata in cœlum cum corona sua: & facta est signum quod hodieq; dicitur. Corona: ut supra alio loco diximus. eius autem transmutationem describit optie ipse Oui. libro primo de arte amandi: & lib. iii. fastoꝝ. & libro septimo metamorphoseos.

Litteraq; articulo pressa tremẽte labat.
Nõ te p meritũ quoniã male cessit adoro:
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidẽ: si ñ ego causa salutis
Non tamẽ est cur tu sis mihi causa necis
Has tibi plangẽdo lugubria pectore lassas
Infelix tendo transfreta longa manus:
Hos tibi q superãt ostẽdo mœsta capillos
Per lachrymas oro: q̃s tua facta mouẽt.
Flecte ratẽ theseu. uersoq; relabere uento:
Si prius occidero: tu tamen ossa feres.

P. Ouidii Nasonis epistolarum heroidum liber tertius incipit.

Canace Machareo


I qua tamen cæcis errabũt scripta lituris:
Oblit⁹ a domiæ cæde libell⁹ erit

In. xi. epistolam argumentum. ¶ ANTO.

Ynas ex Menalipe æolum genuit: qui Thessaliæ partem tenuit: quam a se æolida nuncupauit: filiam arnen habuit. ex qua Neptunus geminos Boetum & æolum suscepit. Boetus in aui materni regnum successi. Aeolus uero cum ad insulas thyreni maris appellaret: quas lyparus ausonis filius tenebat accepta coniuge huius filia in regnum successit. insulasq; de se æolias nuncupauit. Deide cleopatra. quæ erat ex genere Lestrygonum: septem filios & totidem puellas sustulit. licet Homerus duodecim tantum commemora. ¶ Hi sunt qui nominantur mares astiochus. Xutus. androcleus. Pherenon. locastes. Agatyrsus: & Machareus. Puellæ uero iphe. Aeola. Periboea. Dia Astoicatia: Hephestia: & Canace: omnes: si Diodo. credimus: ob gloriam & uirtutem in maximo honore sunt habiti: præter Canacem. Quæ cum ex fratre Machareo filium peperisset: comperto facinore seipsam iussu pris trucidauit. Machareus in templum apollinis delphici confugit: quem uolunt cum Oreste in necem Neoptolomi conspirasse. Moritura igitur Canace per epistolam Machareum præcatur: ut expositi infantis ossa legat. Et una cum suis urna componat. Si qua tamen cæcis errabunt scripta litturis. imperfectum dicendi genus. ut quærentem propinqua nece inchoare decet. relinquitur enim animo coiiciendum: magis quam uerbis explicari possit: sunt. n. uocabula quæ cũ principiis conueniunt: ut q̈q̈ licet: & si & cætera id genus. alia sibi subiici desiderant. Alia q̃ tm̃ subiicimus: ut ẽt uero tñ. Sed q elegantius locuti sunt: cũ ad indignationẽ. aut dolorem exprimere uoluerunt: ut iraꝝ æstus aut quærelas significantius oñdereut: qbus honeste ĩchoare nõ conuenit ab his sũpsere pricipia: ut uirgiliana iuno ad uenerẽ cũ ĩdignatiõe loqtur. Egregiã uero laudẽ & ad æneam Dido dissimulare ẽt spasti pfide tm̃ posse nephas. Et ĩ tristibus Oui. Ergo erat ĩ satis scythiã quoq; uisere nr̃is. Canace quoq; cũ scriberet cũ ante oculos gladiũ a patre missũ ut illo se pimeret haberet: ut decebat pricipio abrupto usa est. Si q̃ tñ inquit cæcis errabunt scripta lituris: in hoc principio tacetur quod præcedere debuit. i. decreui ante necem ad te scribere. tamen si litteraꝝ notæ quoquo modo oblitterate fuerint scias id cadentis canaces sanguine obtigisse. Libellus: bellum pro epistola usurpat.

¶ VBER. ¶ Si qua tñ. ex qua uxore æolus rex uẽtorum suscepit Canacẽ & Machareum mihi incertum ẽ: sed tamen & Seruio teste: & Ouidio in hac epistola scribente patet eos æoli filios fuisse: qui cum turpiter se ama

gent.& consanguinitatis prætextu tegente culpam concubuissent.Canace ex eo concubitu cõcepit:& peperit filium:quem cum clam e regia per nutricem emitteret:ut aleretur:infœlix infans se suo uagitu prodidit auo:q tanto offensus scelere:iussit infantem innocuum exponi canibus gladium uero per satellitem misit quo illa ꝑ meritis uteretur:quo se interfecisse creditur:Machareus pœnæ & irarum patri metu territus ex patria aufugit crediturqꝫ factus sacerdos delphici Apollinis:qui postea uerbis oraculi Orestam in cædem pyrrhi ob raptam Hermionem hortatus dicitur.interea depræhenso scelere Canaces.priusquam moreretur fingit poetaeam scripsisse hanc epistolam ad Machareum.qua ei narrat casum suum & iram patris:& postremo rogat:ut colligat ossa sua & infantis:& in una urna ea recondat.

Dextra tẽet calamũ.strictũ tenet altera ferrũ
Et iacet in grẽio charta notata meo.
Hæc est æolidos fratri scribentis imago
Si uideor duro posse placere patri;
Ipse necis cuperẽ nostræ spectator adeẽt
Auctorisqꝫ oculis exigeretur opus.
Vt ferus est;multoqꝫ suis truculẽtior euris
Spectaret siccis uulnera nostra genis.
Scilice ẽ alquid cum sæuis uiuere uentis;
Ingenio populi conuenit ille sui.
Ille noto:zephyroqꝫ.& scythonio aqloni
Imperat:& pœnis eute prouerte tuis.
Impat en nentis.tumidæ nõ imperat iræ;
Possidet en uiciis regna minora suis.

¶ Si qua tamen.sunt qui extimant hic aliquid deesse:quia tamẽ nõ uideatur conuenire principio:& in quibusdam codicibꝰ inueni hos duos uersus:Aeolis æolidæ:quam non habet ipsa salutem Mittit:& armata uerba notata manu.in duobus tamen codicibus meis uetustissimis hi uersus ñ leguntur.quod autem ante tamen uideatur aliquid esse præponẽdum plærunqꝫ magis fit in sensu q̃ in uerbis.nã intelligitur mitto tibi hanc epistolam.tamen si qua scripta.idest si aliquæ partes meæ epistolæ errabunt.i.uacillabunt.& non habebunt rectum ordinem. Lituris.signis litterarum a linendo:uel maculis.¶ Cæcis.obscuris.que non bene possint legi.Libellus.epistola uel charta. Oblitus fœdatus.A cæde.propter cædem. ¶ Dominæ.i.mei Canaces.¶ Dextra.describit casum suum. Ferrum ensẽ. Metonomia.Strictum nudum.¶ Iacet.sedet:posita est. ¶ Soluta.aperta.Hæc est imago.hæc est forma.in qua tu potes considerari me esse.Aeolidos mei. Canaces.quæ sum filia Aeoli.Sic hac forma.s.ense nudo parato ad necem meam.Duro crudeli.adducit autem eum in odium commemorãs eius crudelitatem.Ipse.s.pater. Spectator. qui uideret.¶ Opus.i.cædem meam.Exigeretur.perficeretur.Oculis.idest in conspectu.Auctoris.s.patris.qui est auctor & causa ut me interficiam.¶ Truculentor.sæuior.Suis qui sunt ab imperio suo.spectaret siccis.i.uideret cædem meam sine ulla effusione lachrymarꝫ.¶ Scilicet.arguit a consuetudine.i.conuersatione.dicit ꝙ quia uersatur:& uiuit cum uentis:qui sunt sæui ipse quoqꝫ est sæuus.& conuenit naturæ uentorꝫ.Conuenit.facit.Ingenio naturæ.Sui populi.i.uentorꝫ.Ille noto enumerat quattuor uentos.Noto.notus sine aspiratione uentus est meridionalis humidus & pluuius:qui a nostris auster dicitur zephirus aũt occidentalis ẽ.qui lati.n.ex thracia.Sithon aut est ut in secunda epistola diximus mons est Thraciæ.Eure.is est uẽtus oriẽtalis.de his omnibus uentis cardinalibus Oui.li.i.meta.Eurus ad auroram nabatheaqꝫ regna recessit.Persidaqꝫ & radiis iuga subdita matutinis Vesper.& occiduo qua littora sole tepescunt Proxima sunt zephyro.cytiam septemqꝫ triones Horrifer inuasit Boreas.contraria tellus Nubibus assiduis pluuioqꝫ madescit ab austro.Pennis quia uẽti dicunt hẽre alas.unde ipse li.vi.meta.de Borea abducẽte Orithiam dicit pauidam caligine tectus Orithyam amans fuluis complectitur alis.¶ Tumidæ:quæ tumidum facit.Minora suis uitiis.quia potest reprimere uẽtos:qui sũt sub regno suo.uitia autem sua.i.iram non potest coercere.

¶ ANTO.¶ Dextra tenet calamum.ab corporis habitu ϖαθοσ cõcitat.Ferrũ.ensẽ significat ab æolo missum Aeolidos:de se loqtur:pinde atqꝫ de alio narraret:is esse inqt habitus canaces.Aeoli filiæ forma hæc noium.ut phillis:æneis:thebais:æolis:& æolidos.Duro patri:æolũ patrẽ i odiũ trahit:dũ illius crudelitatẽ exponit.Opus exigeret:mãdata efficerẽ:hoc ẽ me ipsã pimerẽ.Oculis auctoris:æolũ significat q necis cãm ꝑbuerat.Vt ferus ẽ:pticula ut iterdũ tꝑs significat:ut Virgilianũ illud.Turnus:ut i fractos aduersos marte latinos.i asinaria plausus pro quãtũ usurpauit:cũ Agirippus dicit:ut uestræ fortunæ mei ꝓcedũt libanæ lõgæ q hodie nunq̃ ad uesperũ uiuã hoc loco cũ similitudinẽ exprimat ita carminis licẽtia ꝑteriit Oui.ut illud in oratore Ciceronis ẽ cum dicit:Vt quisqꝫ optie græce scire:ita eẽ neqssimus.Hic locus nos admonet i hãc iũctura duarꝫ pticularꝫ ita & ut nõ sꝑ gradus rñdere debere:ut qbusdã placuit.Nẽ Oui.siccis non sicioribus genis dixit ut ẽ inqt crudelissimus ita meã cædẽ non lachrymabũdus ĩspiceret.Scilicet ẽ aliqd.s.si cum acerbitate aliqua qdẽ efferat:qđ dicimus negat:ut ẽ apud Vergiliũ.Scilicet is supis labor ẽ:& in andria Terẽtii:Id curat populus.s.qđ ita dictum ẽ:ut nec dii:nec populus curarẽt hoc loco affirmat:ut si ꝑfecto multũ ẽ.¶ Ingenio.uiolẽtiæ.sunt.n.uẽti inexorabiles & imites.iõ poetæ surda freta solẽt appellare:qm̃ orãtiũ ꝑces nõ audiãt uẽtorꝫ rabie ipulsã.& ariadne dixit Vos quoqꝫ crudeles uẽti.Populi sui:uẽtos significat quorꝫ impium æolo Homerus assignat:qđ iõ putasse ueteres existio:qm̃ uti uelis nautas edocuerit.& scierit æolus ex exalatione q̃ ex antris æoliis emergebat q uẽit essẽt spiraturi. Sythonio ẽ Thracia ad septẽtrionẽ exposita.unde expirat aqlo.quã diximus uetustissimo uocabulo Sylonẽ appellatam.Oui.quattuor illos uẽtos ponit:quos obseruauit antiqtas:& Hom.in odyssea cõmemorat:cũ multos alios obseruauerit posteritas:ut apud Plinium:& Victruuiũ licet legere.¶ Tumidæ non impat iræ. Suam uiolentiam moderari nescit:licet cohibeat uẽtorum rabiem.Vitiis tuis:patri uitiũ o dat crudelitatẽ.Superat inquit uẽtos asperitate & sæuitia: qbus.imperat.

¶CANTO.¶Quid iuuat admotam:πατοσ a genere.nihil prodest me ducere genus a saturno.Nam ut diximus Neptunus auctore est generis æoli:cuius frater ẽ iuppiter.Admotã:iunctã.Proauoꝝ noĩa.hi sunt cælus:saturnus Neptunus.¶Funebria:ad meũ funebre exitiũ missa miserat.n.æolus ensẽ p ꝑconẽ:ut seipsã trucidaret Nõ mea tela:fœminea tela sunt colus & cũ staminibus lana & calathus.O utinã.πατοσ a facti pœnitẽtia.Cõmisit i unũ.uno lectulo cõiunxit.Hor.serior meo læto:ante id tpis uellẽ cecidisse:qm̃ patris uiolẽtiã nõ expirer: nec nostri generis decus extinguerẽ.Plus me frater q̃ frater amasti.dolet ꝙ Machareus nõ.frattẽ: sed amicum sẽ cum sorore gesserit.qđ fuit plus q̃ fratrẽ deceat.Nõ debet qđ soror esse.nõ decet sororẽ se amicã cũ frẽ gerere: Incalui amore incensa fui.Qualẽ:ut multi recensere consueuerũt sensi cupidinis uiolẽtiã.Nescio quẽ sensi.erat.n. oĩs amor Canace ignotus.Fugerat ore colo:ordit̃ qcqd post amorẽ & in amore gestũ ẽ:& primũ a signis quãtum ipsa amarit indicat.Obduxerat.inuaserat.¶Quid esset: qbus curis cõflictaretur.At illud erat.amabã.iõ curis ãgebar.Aĩo anili:q ob ætatẽ reꝝ habet expientiã.¶Deiecit ocellos.qđ ẽ maximũ erubescẽtiæ signũ.qđ i ænea nõ fore dido Virgiliana q̃rit̃ cũ ait.Nũ gemitu doluit nr̃o : nũ lumina flexit.Hæc signa.macies:uigiliæ:erubescentia.In tacita:cũ me amare nõ negarẽ:sed tacerẽ:uidet̃.n.fateri q rogatus tacet.Iãq tumescebãt:honeste ꝑterit: ut cũ fratre iũcte sit.Viciati:uiciatis dicimus uirgĩes:cũ pudicitiã posuerũt:ut terẽtianũ illud in andria.Gliceriũ uitiauit Pamphilus.Onus furtiuũ.fœtus furti cõceptus.Quas mihi ñ herbas:partũ ex utero excutere conati sũt herbaꝝ succis ex qbus maxĩe ualere sisimbriũ scribit pli.si cibo:aut succo sumatur.¶Supposuit:utero apposuit ad excutiẽdum fœtum.Pœnitus:ex intimo utero.

Quid iuuat admotã pauorũ nomĩa cœlo
 Inter cognatos posse referre iouem?
Nõ minus infectũ funebria munera ferrũ
 Fœminea teneo non mea tela manu.
O utinã machareu quæ nos cõmisit i unũ
 Venisset læto serior hora meo.
Cur unq̃ plus me frater q̃ frater amasti?
 Et tibi non debet quod soror esse fui?
Ipsa quoq incalui:qualẽq audire solebã
 Nescio quem sensi corde tepente deũ.
Fugerat ore color:macies obduxerat artu
 Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec sõni faciles:& nox erat annua nobis.
 Et gemitum nullo læsa dolore dabam:
Nec cur hoc facerẽ poterã mihi reddere (cãm
 Nec norã qd amãs eẽt:at illud erat
Prima malũ nutrix animo presensit anili.
 Prima mihi nutrix æoli dixit.amas.
Erubuit:gremioq pudor deiecit ocellos
 Hec satis in tacita signa fatentis erãt
Iamq tumescebant uicitati põdera uẽtris
 Aegraq furtiuũ mẽbra grauabat onus
Quas mihi ñ herbas q̃.nõ medicamĩa nu (trix
 Attulit.audacia supposuitq mãu?
Vt pẽitus nostris:hoc te celauimus unũ:

Erodotus Alicarnaseus in p̃rio hystoriarũ lib. scribit cretenses in phœniciã delatos europã Agenoris regi filiam rapuisse iniuriæ memores: ꝙ phœnices io inachi filiam rapuissent: deinde cum esset par conditio græcos secundæ iniuriæ fuisse auctores: nauigãteq; in colchos Medeã inuito p̃re Eeta in græciam ꝑtulisse. Secunda dehinc ætate Alexandꝝ priami filiũ: quẽ paridẽ uocant: e græcia ꝑ rapinã sibi uxorẽ comparare destinasse: existimantẽ se pœnã non expẽsurum: ut illis prioribus sæculis non expẽderãt. Alii uero huius nauigationis cãm fuisse hesionẽ Laomedontis sororẽ: quã uirtutis præmium Thelamoni dederat Hercules: quoniam in prima Troiæ expugnatione ante oẽs ꝑgama conscẽdisset hanc ut repeteret aiunt paridẽ in græciam nauigasse. Alii uero tradũt: q̃bus astipulantur poetæ: hanc Venerẽ transmissionẽ suasisse: qm̃ cum in Ida in certamine pulchritudinis cum iunone & pallade ꝓ se iudiciũ tulerit: q̃ eẽt ex oĩ græcia forma præstãtior Helenã paridi pollicita extitisse: sed in tanta auctoꝝ dissẽsione. q̃ sit uerior cã certet antiq̃tas. Illud tñ asseuerandũ puto q̃d Septunius scribit Alexandꝝ cũ ænea cũ aliquot nauibus in laconiã ꝑ helespõtũ nauigasse: & Spartæ a Menelao honorificẽtissime hospitio exceptũ eẽ: contigisseq; ꝑ idẽ tp̃s ut oẽs Minois pronepotes: acciti ad diuidendas atrei opes Crætæ conuenerint: eosq; fuisse agamẽnonẽ Menelaum: Ipomeneũ. Merionẽ. Clymenum: Palamedẽ: Dictyn & anaxibiam: Paridẽq; a Menelao domi eẽ relictum mãdasseq; Menelaum Helenæ: ut non minorẽ hospitis curam gereret q̃ de seipso: illamq; demum cum Climẽra & Ethra Menelai affinibus paridis pulchritudine illectam ad troiam sponte nauigasse: q̃q̃ herodotus scribit Paridẽ tẽpestate in ægyptũ delatum interceptum eẽ a protheo rege: & cognita re helẽam cum rebus oĩbus adẽisse: restituisseq; illas Menelao post troianum bellum extinctum. Ideoq; homeꝝ tradit Menelaum inducere in ægyptum tẽpestate agitatum ad protheum uẽisse. Scripta ẽ hæc epistola Menelao abscẽte qua detegit quanto amoris æstu ardeat: suadetq; fugam: quam Troianis uiribus tutari posse demõstrat. Qui cõtẽdunt paridis: Læandri & aconcii epistolas nõ eẽ Ouidii: non recte opinari existimo: ea præsertim impulsos ratione: ꝙulieꝝ tantum epistolas scripserit: qm̃ i amoribus aliquot solum puellaꝝ litteras commẽoret. id. n. frigidum ẽ. Nam ut aliquot ex his quas puellæ scribunt illic conticuit: ita & quas heroes scripsere silẽtio præteriit. Eas uero quæ illis rñdẽt ut ostẽdemus non eẽ Ouidii. sed sabini crediderim.

Paris Helenæ.



Anc tibi priamides mitto Ledæa salutem.
Quæ tribui sola te mihi dante potest.
Eloquar: flammæ nõ est opus idice notæ.
Et plusquã uellem iam meus extat amor

Hanc tibi priamides mitto Ledæa salutẽ. Beniuolẽtiam ex generis nominibus sibi conciliat. Priamides. hecuba & priamo natus est paris. Ledæa: leda ex ioue helenam ẽ enixa. Eloquor an flammæ. dubitatio hæc orit ex causæ turpitudine. uult. n. ut paulatim obrepat subdola oratio. Non ẽ opus indice: qm̃ ꝑ se amor indicatur nec dissimulari potest. Priusq̃ uellẽ cum is esset qui occultari non posset.

¶ANTO.¶Dum tpa dentur lætitiæ.obrepit ex his quæ obsunt ad ea quæ prodesse poterunt:Tacere inquit amorem utile est:quoniam tempora futura sunt:quæ oém abiiciant metũ.Nam de Menelao innuit.multa.n.fecerat ob amorem:quæ ille potuisset animaduertere anteq̃ discessisset.Celauit ignem.metaphora decentissima usus est.Nam ut ignis ita amor in occulto teneri non põt.Vt addam uocẽ rebus:ut qd uelim apte fatear.Vror tuo amore ardeo.Nuncia uerba:quid animi in te habeam:tibi nunciaui.Parce p̃cor:in principiis ut scribit Fabius non est abre optare p̃cari:abhominari:sollicitum agere.Cætera:quæ apposita sunt ultra eum locum:quo nostras sollicitudines expressimus.Gratum est.lætor inquit quoniam epistolam suscepit:lætitiæ spem ex facto firmat.

Ille quidem lateat malim dũ tẽpora dẽtur:
Lætitiæ mixtos non habitura metus.
Sed male dissimulo: qs eni celauerit ignẽ:
Lumine qui semper proditur ipse suo:
Si tñ expectas uocẽ quoq; reb⁹ ut addã:
Vror:habes animi nuncia uerba mei.
Parce precor fasso.ne duro cætera uultu
Perlege.sed formæ conueniente tuæ.
Iã dudũ gratũ est:q̄ epistola ñra recepta ẽ.
Spẽ facit hoc r̃cipi me quoq; posse mõ.
Quæ rata sit:nec te frustra p̄miserit opto.
Hoc mihi quæ suasit mater amoris iter.
Nãq; ego diuio monitu ne nescia pecces
A duchor:& cepto nõ leue numẽ adest
Præmia magna qdẽ.sed nõ idebita posco:
Pollicita est thalamo te cytherea meo.
Hac duce sygæo dubias a littore feci:
Longa phereclea per freta puppe uias.

Recepit epistolam me esse recipiet:enthimema simplex est. Quæ rata sit:propositum suũ firmat ex loco qui sumptus est ab auctoritate deo℞.Venus inquit me impulit ad nauigandum.Quæ rata sit.a pollicitis non recedat.Promisit:Venus ut diximus Helenã Paridi pollicita est cum iudicium de pulchritudine in Ida pro se tulerit.Diuino monitu.Veneris suasiõ.¶Ne pecces nescia:ut scias qua auctoritate tuam culpam tueri possis.Non indebita quoniam ex fide repeto quod promissum est.Littore Sygæo:Sygæum troiæ promontorium est quod græci ĩ obsidione tenuerunt:tumularuntq; patroclum:Achillem & Antilochum:ubi Sygæam urbẽ condidit Archianax Milenæus. Puppe phereclea:nõ pherethea legi debet:ut multi putauerunt a phereto iasonis patruo:Sed Phereclea:fuit.n.phereclus Harmonidis filius:quem:ut scribit Home.Ilia.li.v.Mierua dilexit.Faber optimus naues edificauit:qbus Alexander Helenam rapuit:hunc Meriões trucidauit ferro in uesicam adacto.

¶VBER.¶Hanc tibi. De iudicio paridis iter tris deas satis abunde dictum ẽ in argumento primæ epistolæ:qd ad argumentum huius epistolæ ptinet.cum paridi ob iudiciũ datum in fauorem Veneris:Venus promisisset helenã omniũ mulierum pulcherrimam:& ob eam lacedæmona nauigasset:exceptus hospitio a Menelao Helenã ĩ amorem suum q̃tum potuit sollicitare cõatus est ẽt præsente marito.Sed postea Menelao profecto in Cretam p hanc epistolam:etiam ad reliquendum maritum:& se in asiam sequendum exhortatus est:utitur autem magno artificio se ab omnibus commendans:quibus amatores commendari solent.a pulchritudine.nobilitate.diuitiis & robore corporis:& a uero sinceroq; amore:& contra nitiur ei adducere in odium & inuidiam & ĩ cõtemptum Menelaum:& studet ei persuadere:tum ab utili:tum ab honesto eam debere eius amori adhærere.dicens eam nullam habitare infamiam pp hoc:& q̄ abducta a Paride:aut nunq̃ repetetur a menelao.aut si repetita fuerit facile aduersus eius uires defendet.¶Priãides.i.ego paris filius priami.cum autem in priamo syllaba prima propter sequentem uocalem naturaliter breuietur:in patronomico necessitate metri producitur.Ledæa.helena filia ledæ.dictũ est supra in epistola hermiones de eius natiuitate.Eloquar.exprimam uerbis.Ver.Eloquar.an sileam.An non est opus indice nostræ fla.i.an potius non est opus indicare amorem meum:quia tu ipsa nosse debes.Extat:eminet apparet.Malim:potius uellm.Dum:donec.Tempora.opportunitates.Metus mixtos læ.i.quæ tempora sint sine ullo timore.Male:difficile.Dissimulo.cœlo & occulto. Quis.n.quasi dicat.nullus:nam supra dixit:quis.n.bene celet amorem.Suo lumine:suo splendore.Si tamen.i.si tamẽ uis ut uerbis dicam tibi id quod est in re:amo te.Rebus.effectu.Fasso.mihi confesso amorẽ meum.Duro.difficili.Conueniente tuæ formæ.i.uultui miti & placido.qualẽ exigit pulhritudo tua.quia cum sis pulchra debes etiam eẽ placida.Iam dudum.conciliato aĩo Helenæ:nunc incipit narrationẽ.Iam dudum.uel iam diu:ut sit tpis:uel ualde.Terẽ.in eunncho iã dudũ illa te amat.Recepta est.pro accepta a te.notandum ẽ apud idoneos oratores nõ esse in usu recepi epistolã tuam:sed accepi:sed hic fuit necessitas metri.Hoc mõ.s.quo epistola mea est recepta:nã cum aliqua puella ab amatore accepit scriptum:& legit signũ est q̄ sit semiexpugnata.ipse Oui.in.i.de arte.Quæ uoluit legisse uolet rescribere lectis:Per numeros ueniunt ista gradusq; suos.Quæ:spes.Rata.firma certa Mater amoris.Venus.Monitu.diuino.nõ sponte mea:sed Veneris mãdato.Ne nescia pecces.i.ut sis admonita ne per ignorantiam erres.Non leue.idest maximum.liptote ẽ.Non indebita quia sunt promissa mihi ab ea cui licuit promittere.Cytheræa.Venus.ita dicta a Cytheris insula:ut alibi diximus.Verg.A cytherea nouas artes noua pectore uersat consilia.Hac duce.dicit paris ego suscepi hanc nauigationem a Troia in Græciam auctore uenere.¶Ipsa.duce.idest regẽte me.Dubias.incertas:quales sunt uiæ nauigationis.A litto Sigæo.idest troiano.nam Sigæum promontorium est Troiæ:ut dictum est in prima epistola.Puppe phereclea.neq; pharethrata.neq; pharetrea legendum est:sed phereclea.fuit enim phereclus:ut scribit homerus libro quinto Iliados filius Harmonidæ fabri lignarii qui naues alexãdro qui & paris dicitur fabricauit:quæ fuerunt principiũ malorum troianorum.a pherecleo igitur possessiuum fit.pherecleus.phereclea puppe.idest fabricata phereclo.& hic ẽ uerus sẽius & emẽdatus textus.

CANTO. Orta mari. Venerē ex mari ortā scri. Var. Perst [illegible] a ꝓposito nõ discedat. Pectoris æstũ amorē meũ secũdet: ut nauigationē. Mea nota: q̃ erāt ut helena potiret. In portus suos: ad optatũ exitũ metaphora ex his q alta ꝓcella fatigati in portũ deferũtur. Flāmas. amores ex Tr[illegible]culi. Troiæ te inqt amaui: qđ me ĩpulit ut spe tem nauigarē. Tristis hyems: tēpestatē circũscribit: sic Verg. [illegible] hyems tenaris terra: Laconiā significat: cuius ꝓmontoriũ est tenaros. Nec me crede. nõ sũ mercator: laud[illegible] suā & opes. Diuitiora: asiæ delitias intelligi quæ postea in urbē fluxerunt ro. p. magis q̃ Annibal noxi[illegible] regni. Phryges populos priamus tenebat. Ve nus aurea. Epitheton ab Ho. sũptũ ē. Te prius optaui: Helen[illegible] noie & fama commendat: eras inqt apud me tua pulchritudine celebris. Gloria noie celebritas. Minor ue to: quoniam formosior es: q̃ fuerat fama. Tua materia hac tua pulchritudine. Qui nouerat oia Theseus: Plutar chus & Diodorus puellā helenam a Theseo raptā fuisse scribũt Castori & Polluci redditā. More tuæ gētis: Laco nes mixtis cum puellis pueris palestra exercebant ut plu tarchus auctor est. Nitida: uncta: nā Atletæ ungebantur hac obiectatiõe facti pudorē amouet: & cõstātiā suā com mēdat. Aliqd tulissē: nõ te intactā: ut theseus remisissem: Esset libata: raptus uirginitatis flos. Salua uirginita te. oscula intelligit: q̃ ēt nõ rapta uirginitate ferre possũt.

CUBER. Orta mari. dictũ ē supra ĩ epistola Didonis sup eũ locũ qa mater amoꝝ nuda Citheriacis edita fert aqs. Perstet. i. utinā pseueret ut Verg. Talia pstabat mēo rās fixusq; maēbat. A estũ ad utrũq; rettulit hic & ad feruo rē amoris: & ad motũ maris: & ē sensus ut adiuuit nauiga tionē: ita adiuuet amorē meũ: ordo ē. pstet: & ita adiuuet æstũ pectoris: ut pelagi. s. æstũ adiuuat. Et. i. ēt. Mea uota. sicut & nauē. Attulius. qa ex pria discessimus huc pp amo rem: nõ aũt incepi solũ te amare postq̃ huc ueni. Hæ flam mæ. Hyems: tempestas. Error: qa ignorarē quo uenirem Tenaris terra. i. laconica a Tænaro ꝓmõtorio laconiæ Pe tita. i. uenit classis mea dedita opa in hanc terrā pp te. nec me. occurrit obiectiõi. qa posset dici ꝙ pp alias cās uenis set. dicit se pp solam Helena uenisse. Nec crede. i. nec cre de me nauigare pp mercaturam qa sũ diues sine hoc ex ercitio. Tueantur. seruent: quia satis sunt mihi. Specta tor. admirator: ut uideā pulchras urbes græciæ. hoc. n. so let esse multis cā nauigandi: ut ĩ alienis terris uideāt ꝓcla ra oppida. Oppida. urbes: ut Verg. Ascreũ cāo romana p oppida carmen. Diuitiora. opulētiora. nā asia ditissima ē Horatius. & dites asiæ cāpos. Verg. Troianas ut opes. Ci ce. in oīone ꝓ lege manilia: de laudibus Põpeii. asia uero tā optia est: & fertilis: ut ubertate agroꝝ: & uarietate fru ctuũ & magnitudine pastionis: & multitudine eaꝝ reꝝ q̃ exportant: facile oībus terris antecellat. Antea. formosa. Pepigit. ꝓmisit: ut in argumēto priæ epi. & huius dixius; Aio. cogitatione desiderio. Quam lu. q̃ oculis corpis. Fa ma fuit pria nuncia tui uultus. i. prius audiui dici de pul chritudine. Credis. & hoc extollit eius pulchritudinē. ut ita laudando eam alliciat ad amorem suum. nulla. n. ē mu lier: q̃ laudibus suæ formæ nõ delectetur. Oui. in. i. de. a. Nec faciem: nec te pigeat laudare capillos. Et te retes digi tos. exiguũq; pedem. Delectāt ēt casta ꝓconia formæ &c. Mi. est ue. qa minus dicitur de te q̃ sit. Maligna. auara: & detractrix: quia minus dicit q̃ debet. Gloria. laus cõmē datio. Est ui. s. m. i. a pulchritudine tua: q̃ est materia ipsius gloriæ. Rapina. ꝓda dictũ est in epistola Hermiões & Oenones de Helena rapta Theseo. More. consuetudine. Tuæ gentis. laconicæ: nā lacedæmõii ꝓcipue palestra delectati sunt: cuius ēt inuentores creduntur. unde ꝓptius. Multa tuæ sparthe mirātur dona palæstræ. Nitida. propterea ꝙ corpa oleo ungebantur. palestra aũt latine luctādi certamen significat. Cõstāter. fortiter: aīose. Añ. i. potius. Hoc. i. meũ. Abstraherere. i. eriperis. i. ante passus essē mihi ĩcidi caput: q̃ te reddissem. Ne. an. Vellēt di mittere. q. d. non. Viuus: dum uiuerē. Fores. i. fuisses. pp necessitatem. Tulissem: anteq̃ fuisses reddita. Et toto penitus. Libata. desumpta gustata. Vel illud. s. osculum.

Illa dedit faciles auras uentosq; secundos.
In mare nil mirum ius habet orta mari.
Perstet: & ut pelagi: sic pectoris adiuuet æ (stus
Deferat ĩ portus & mea uota suos.
Attulimus flāmas, non hic ĩuenimus illas
Hæ mihi tam longæ causa fuere uiæ.
Nā neq; tristis hyēs: neq; nos huc apulit (error
Tænaris ē classi terra petita meæ.
Nec me crede fretũ merces portāte caria
Scindere: quas habeo dii tueantur opes
Nec uēio graias ueluti spectator ad urbes:
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto. q̃ pepigit lecto ue⁹ aurea nostro:
Te prius optaui. q̃ mihi nota feres.
Ante tuos animo uidi: quā lumine uultus
Prima fuit uultus nuncia fama tui.
Credis & hoc nobis: mior ē tua gloria ue (ro
Flāmaq;: de forma pēe maligna tua ē
Plus hic inuenio q̃ quod promiserat illa:
Et tua materia gloria uicta sua est.
Ergo arsit merito, qui nouerat oia these⁹
Et uisa ē tanto digna rapina uiro:
Moræ tuæ gētis nitida dum nuda palæstr
Ludis: & es nudis fœmina mixta uiris.
Quod rapuit laudo. miror ꝙ reddidit ũq̃
Tā bona constanter præda tenēda fuit
Ante recessisset caput hoc: ceruice cruēta
Quā tu de thalamis abstraherere meis.
Te ne manus unq̃ nostræ dimittere uellēt
Te ne meo paterer uiuus abire sinu:
Si reddēda fores: aliquid tamē ante tulissē
Nec uenus ex toto nostra fuisset iners.
Vel tua uirginitas esset libata: uel illud
Quod poterat salue uirginitate rapi.

CANTO. Da mõ te. eas in meā sniam. Flāma rogi flāmas. hac noiatiõe usus ē ex uocabuli æquocatõe. Pro posui regnis ego. electiõe suũ amorē ꝓbat: cũ potuerim habere regna te malui. Cõtēpta est uirtus: corporis aut

ai uirtutẽ cõtontẽpsi:ut te frui potuissẽ.Sortẽ.uirtutis optionẽ.Nec piget.electionẽ cõmẽdat.Haud unq̃ stulte:
nõ dãnabor electione.Quã auctor laudabile facit.Depco. uerbo abusus est:nã licet apud uetustiores detestet
hoc loco tñ pces auget:quã licẽtiã fecisse uidet Ci.in epistolis ad Lẽtulũ.Nõ ego cõiugiũ.a genere & potẽtia se
commẽdat.Pleiada si quæris.Pleiades numero septẽ tradũtur atlãtis & pleiones filiæ:ut Muscus scribit a pleio
ne matre nũcupatæ.Ex his una electra ex ioue Dardanũ genuit ex Dardão natus ẽ Herictonius.ex hoc Trons
nascitur.is ilũ & Ganymedẽ filios habuit.Ilus Laomedõtẽ.Laomedõ uero antigonẽ.Hesionẽ & Lãpũ. Citionẽ
loctaonẽ.Bucoliconẽ.Titonũ.priamũ:& ex priamo natus ẽ paris.A uos medios:q inter iouẽ & priamũ intercesserunt.

Da modo te paridi: q̃ sit cõstantia nosces.
  Flamma rogi flammas finiet una meas.
Præposui regnis ego te: q̃ maxima quõdã
  Pollicita est nobis nupta sororq; Iouis.
Dũq; tuo possẽ circundare brachia collo
  Contẽpta est uirtus pallade dante mihi.
Nec piget:haud ũq̃ stulte elegisse uidbor
  Permanet in uoto mens mea firma suo.
Spẽ modo ne nostrã fieri patiare caducã
  Deprecor: o tanto digna labore peti.
Nec ego cõiugiũ generosæ degener opto
  Nec mea crede mihi turpiter uxor eris.
Pleiada si quæras in nostra gente iouemq;
  Inuenies:medios ut taceamus auos.
Scæptra parẽs asie qua nulla beatior ora:
  Finibus immensis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes.atq; aurea tecta uidebis
  Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies:firmataq; turribus altis
  Mœnia phœbæ structa canore lyre.
Quid tibi de turba narrẽ nũeroq; uirorũ
  Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurẽt dẽso tibi troades agmine matres
  Nec capiẽt phrygias atria nostra nurus
O quotiẽs dices: q̃ paup achaia nostra est.
  Vna dõus quæuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit.sptẽ contẽnere uestrã
  In qua tu nata es:terra beata mihi est.
Parca sed est sparte.tu cultu diuite digna.
  Ad talem formam non facit iste locus
Hanc faciem largis sine fine paratibus uti
  Delitiisq; decet luxuriare nouis.
Cũ uideas cultus nostra de gente uirorũ.

Finibus imẽsis:cũ sceptio cõgruere uidetur:q scri
bit non esse uerisimile Priamũ solũ phrygiam possedisse:
sed asiæ totius:q̃ ẽ cis taurũ impiũ tenuisse cõfirmat:asiam
dictã scri.Her ab asio manei Lydi filio:nõ asia ,pmethei fi
lia:ut Var.existimauit.unde & sardis filia fuit:quã asianda
uocarunt.Tecta au.barbarorũ mos fuit tecta auro ornare:
quod sero ad romanos puenit.Canore lyræ.quorũ saxa ĩ
opus exilibãt Phœbo ad cytharã carmina modulãte.Illa
tellus.Phrygia adeo populosa ẽ:ut uix teneat:quos hẽt
mortales.id mõstrat posse tutari helenã cõtra græcorũ po
tentiam.Sunt inqt nobis opes:sunt & uiri:qbus beliũ cõ
fici põt:ut Ci.scribit.Troades.Troiãæ matrõæ.Atria di/
cuntur q a terra surgerẽt:uel ab atriatibus ætruriæ popu
lis:uñ cõficiẽdi atrii sũpta ẽ similitudo.Achaia:pelopõne
sus est appellata ab acheo xuti filio:deĩde ægialeo a rege
ægialio.Nec mihi fas fuerit.occupatiõe spartana cõtẽnit
pauperiẽ.Thucidides spartãos tradit græcorũ fuisse om/
niũ frugalissimos.sparte urbs Laconiæ Thaigeto monti
subiecta.Recte in cõtẽptũ traducit locũ:nã facilius eũ pu/
tare coget:quem feracitate & opulẽtia pstare monstrauit
Nostra de gente.Phryges fuerũt in uestiẽdo mollissimi:
qđ ascanio Turnus apud Ver.exprobrat.
¶ VBER.¶ Da modo.qa posset obiici.ita dicis:sed for/
tasse ita nõ faceres.dicit fac piculũ & ,pba.uidebis q̃ cõstã
tia sit in me.Flãma rogi.i.amor meus so a morte finietur.
Terẽ.in andria nisi mos adimet nemo.Flãma rogi.i.flam
ma in qua cõburetur cadauer meũ cũ ero mortuus.Flam
mas amoris.Quæ maxima.s.regna pollicita est:ut plene
demõstrauimus ĩ argumento primæ epistolæ.Nupta so
rorq; iouis.i.iuno.Virtus sapia.Cõtẽpta:sprete.Dãte da/
re uolẽte.Elegisse stulte.s.qđ te potius q̃ regna uel uirtu/
tem elegerim.In suo uoto:qđ primũ habuit:ut te haberẽ
coniugẽ.¶ Caducã:fluxã uanã.Nõ ego incipit se lauda/
re a nobilitate.Nõ de.uel uilis genere.uel a maiorũ uirtu/
te remotus.Generosæ nobilissimæ.Turpiter.dedecoro/
se:sed cũ magna laude tua.Pleiada.suæ genealogiæ uetu
statem repetit a ioue & electra.Nam iuppiter concubuit
cum Electra filia atlãtis:q̃ fuit una ex septẽ pleiadibus.q̃
in cœlũ in stellas trãslatæ sũt:& ex ea genuit Dardanum:
a quo troiani originẽ:& nomẽ ducũt.Oui.in fastis.Dar/
danũ electra qs nescit atlãtide natũ.s.Electræ cõcubuisse
iouẽ.Pleiada.i.Electrã.q̃ ita dicta ẽ:uel a pleiõe matre uel
a pleio græce nauigo.qa nauigãtes solẽt pleiades ĩpas ob
seruare.Medios a.i.q sũt iter iouẽ & nos intelligit Eryctonium Troũ.Ilũ assaracũ.Capim & reliquos.¶ Ora.regio
Beatior.ditior:ut diximus supra.Obeũda.circũeũda.Fi/
nibus imẽsis.pp magnos fines & ãbitus.Innũeras.infinitas.Quæ dicas decere suos deos.i.q̃ sũt ornata: & talia
q̃ deceãt qbus sũt dicata.Iliõ comemorat hoc oppidũ pcipue ĩ quo sedes erat regnũ asiaticorũ.Srtucta.ædificata.
Canore.i.sono.ablatiuus ẽ casus Lyræ phœbeæ.qa ut alibi dixius Neptunus & phœb9 mœnia Ilii cõdiderũt.ẽ
aũt iliũ oppidũ ipius troiæ maximũ & celeberrimũ.nã Troia ẽ regio.Troades.mulieres troiãæ.Occurrẽt.uẽiẽt
obuiã.Agmie.multitudĩe.Capiẽt.cõtiebũt:qa erũt plures q̃ possint stare ĩ nrã domo.Achaia.græcia.Vna do.s.q
libet sola dõus nræ regiõis hẽbit opes unius uræ urbis.Nec mihi.ne uideat spnere græciã dicit se uenerari plu
rimũ lacedæmõa terrã natalẽ ipsius helenæ.Sptẽ lacedæmõa.Btã.fœlix.Mihi iudicio meo.Parca.nõ luxuriosa
neq; sũptuosa in uestibus.Tu digna cultu diuite.i.tu mereris ornatum sũptuosum.Non facit.nõ cõuẽit.Para
tibus ornatibus.cultibus.Sine fine.infinite.Luxuriare.abũdare affluere.Cũ uideas.sumit argumẽtũ ornatus
mulierum ab ornatu uirorũ:qui solent esse minus deliciosi.cum ego uideas.uiros.ita cultos.

¶ANTO. ¶Terãneo rure.extenuat & cultũ & patriã:laudatis phrygũ delitiis. Terãne uic[illegible]s laconiæ:ubi na/ta est Helena Herodo. Terãne scribit eẽ helenæ tẽplũ supra apollinis fanũ. Phryx erat.fœlicitatẽ patriæ cõmẽdat a genere. Nectare miscet aquas. Ganymedẽ significat:q̃ raptus in ida factus ẽ iouis pincerna. Cõiũx auroræ:is est Titonus.lõgæuus senex quẽ auroræ cõiugẽ fuisse cõstat.ex q̃bus Mẽnõ natus ẽ:quẽ achilles pemit:dũ cre/maretur in auẽ uersus creditur.q̃ cũ uolitare circa eius se sepulchꝝ ad Troiã solũ cõspiciant. Mẽnõiæ [illegible]it nũcu/patæ. Mr̃ amoꝝ:ea ẽ Venus ꝗ cũ ad simoẽta fluuiũ anchises cõcubuit & ex his natus ẽ æne[illegible]s. Nec puto collatis seipsũ cõmẽdat a forma & ætate:Menelaũq̃ ĩ cõtẽptũ ducit:obiiciẽs suoꝝ maioꝝ scelera. Soceꝝ tibi clara fugãtẽ lumĩa:cœnã Thieste obiicit:a q̃ suos radios auertisse solẽ poetæ scribũt:Atreus & thiestes pelopis filii alternis an/nis Mycenaꝝ impiũ tenebant. Mercurius filii myrtili necem:quẽ in mare p̃cipitarat pelops maxie dolẽs dissensionem fecit. Thiestes ut arietis martii pellẽ auream:q̃ apud atreum seruabatr̃:haberet:Europẽ:quam alii meropẽ ap/pellant uitiauit:unde nati sũt Tãtalus plistenes & arpagines.quos simulata pace:ubi facinus comperit atreus frater epulãdos pueros apposuit a tãto facinore Sol dicitr̃ radios auertisse. A dape.ex cœna thieste qua filios deuora/bat. De cæde soceri. Polepẽ significat q Myrtylũ aurigam in mare præcipitauit. ¶Oenomaũ socerum trucidauit. Myrthoas aq̃s a p̃cipitato myrthilo myrthoas dicimus ¶Captantur in unda poma.ad Tantalum pelopis patrẽ hoc refert.qui sitibuudus in media aqua.esuriensq̃ cum ad uerticem oĩs generis poma habeat nec bibere nec fa/men sedare datum est. ¶Te tenet.ui possidet:non uolũ/tate Menelaus:qui a tantalo genus ducit. Huic domui: enunciandum cum contenptu est.

¶VBER. ¶Qualẽ.q.d.multo sumptuosiorẽ:& splendiorẽ. ¶Nurus.puellas. Facilẽ.exorabilẽ.non duram:ut faciles uenerare Napeas. Rure teramnæo. Teramnæ Lacone oppidum ẽ. Pomponius mela in Laconide teram/ne. Lacedemon. Amyclæ. Phryx erat.laudat phrygũ no/bilitatem. Qui nũc cum diis potando Ganymedẽ intelli/git.hic filius fuit trois regis Troianorum amatus a ioue qui cũ in ida uenaretur a ioue in formã aquilæ trãsfiguratio raptus ẽ:& expulsa Hebe quæ sibi ministrabat.pincernam suũ instituit. Oui.li.x.meta. Arripit iliadẽ q nunc quoq̃ pocula miscet. ¶Inuitaq̃ ioui nectar iunõe ministrat. Nectare.nectar poculũ ẽ deoꝝ. Auroræ cõiunx.i.tithonus.is frater fuit Laomedõtis qui ab aurora amatus ex ea genuit Mẽnona.qui postea in auxilium troianoꝝ misit. Quæ finit extre.iter noctis.q̃a aurora tenet cõfinia lucis q̃ inchoat:& noctis q̃ finit. Anchises.is filius fuit Dapis formosissimus amatus a uenere cũ quo concũbens in monte ida postea apud Simoẽta fluuium genuit æneã. Volucꝝ:uelocitũ habẽtium alas. ¶Amoꝝ.sunt .n.gemini ut alibi diximus. Gaudet.quasi re honesta.unde & apud Vergiliũ. Cõiugio anchisæ ueneris digna/re supbo. Iugis.uertice. Nec puto.laudat se a pulchritudĩe & fortitudĩe.q̃bus duabus rebus p̃ponit se menelao Collatus.cõpatus. Te,iudice.iudicio tuo. ¶Nõ dabimus.ita laudat se:ut deprimat patrẽ Menelai.dicit.n.se nõ habere patrẽ.q sit futurus socer Helenæ.qui filios coxerit:& solẽ eo scelere fugauerit. Fugãtem.repellẽtẽ. Trepidos.uel territos:uel festinos. A dape.a conuiuio suo scelerato. Fabula hoc habet.atreus & thyestes fratres fuerũt filii Pelopis.atreus uxorẽ habuit Aeropem noĩe.quã cũ frater Thyestes ardẽter amaret:cũ ea concubuit:q̃d cũ frater ĩtellexisset:in ultionẽ huius sceleris filios coxit & comedẽdos fratri apposuit:assimulata cũ eo concor/dia.hãc rẽ ne sol uideret:dicitr̃ auertisse se.de hac re scripta ẽ Tragœdia apud græcos.ex atreo creditr̃ natus Me/nelaus.unde esset socer Helenæ.dic ergo.nõ dabo tibi talẽ soceꝝ q̃lis fuit atreus:q humanas dapes fratri apponat. ¶Nec pater ẽ.i.nec pater priami auus meus. Soceꝝ suũ interfecit sicut pelops auus menelai:dixius supra ĩ epistola Hermiões fabulã Oenomai patris hyppodamiæ:q̃ pelops cursu uicit. Is aũt pelops ut regno soceri potiretr̃:eũ ĩterfecit. Et q myrthoas.i.nec dabimus auũ:q aliquẽ ĩ mare p̃cipitauerit submergẽdũ:sicut pelops myr/thilũ auriga hyppodamiæ quo fauẽte eã uicerat ĩ mare p̃cipitauit:a quo mare myrthoũ dictũ ẽ.hæc fabula loco supradicto narrata ẽ. Nec ꝓauo.amplificat odiũ gẽtis menelai.dicẽs. Nec ꝓauus meus dãnatus ẽ apud ĩferos ea/dem pœna.ut aquã usq̃ ad hos habeat & poma.neq̃ tñ bibere:aut comedere possit.sicut tantalus ꝓauus menelai. Tantalus.n.cũ esset familiarissimus deoꝝ & iouẽ cũ cæteris diis ad cõuiuiũ inuitasset.dr̃ penelopẽ filiũ suum coxisse:& deis comedẽdũ apposuisse:ut eoꝝ diuĩtatẽ tẽtaret:a quo oẽs abstinuerũt excepta Cerere q̃ hũeꝝ eius cõsũpsit:postea cũ dii eũ ad uitã reuocare uellẽt.hũerus ẽ ei eburneus restitutus.unde Verg.hũeroq̃ pelops insignis eburno. Inde tantalus hac pœna dãnatus apud ĩnferos dr̃:ut nec undis nec pomis tangẽtibus ora pfruatur. Sunt tñ q eũ hac pœna non pp cædẽ filii:sed q̃a indicauerit arcana deoꝝ dãnatũ putẽt:q̃d quidẽ Oui.in prio amoꝝ significat. Quærit aq̃s ĩ aqs.& poma fugacia captat tãtalus:hoc illi garrula ligua dedit:& idẽ li.iii. amoꝝ. Sic aret mediis tacti uulgator in undis. Pomaq̃ quæ nullo tpe tangat habet. Euripides dicit eũ suspẽsum ĩ aere propterea.ꝗ aduersus eos esset maledicus. ¶Quid refert.q̃d interest:quid mihi ꝓdest maiores Menelai talẽs esse. Si ortus.i.si menelaus natus ab illis. Tenet te.placet tibi.

Quales dardanias credis hab[illegible]e nurus:
Da modo te facilẽ,nec dedignare maritũ:
 Rure teramnæo nata puella phrigem.
Phryx erat:& nr̃o gẽit⁹ de sãguine:q̃ nunc
 Com diis potãdo nectare miscet aquas.
Phryx erat auroræ coniũx,tñ abstulit illũ
 Extremum noctis quæ dea finit iter.
Phryx erat ãchises:uolucrũ cui mr̃ amorũ
 Gaudet in ideis concubuisse iugis.
Nec puto collatis forma menela⁹ & ãnis,
 Iudice te:nobis ante ferendus erit.
Nõ dabim⁹ certe socerũ tibi clara fugantẽ
 Lumĩa:q trepidos a dape uertat equos.
Nec pater ẽ prião soceri de cæde cruẽtus
 Et qui myrthoas crimine signet aquas.
Nec ꝓauo stygia nostro captãtur in unda
 Poma:nea ĩ mediis quæritr̃ hnmor aq̃s.
Quid tñ hoc refert si te tenet ort⁹ ab illis

❡VBER.❡Heu fa nus idignū:narraturus q̃ assiduo maxie i amore molesta sunt ob excādescētia icipit. Vix deniq̃ mēsa.ecce q̄ ..ugebat miseriā:q̄ menelaus ut uolebat fruebat̄:ipse uero uix cōspicere poterat.Hoc tempus:dū discūbimus.❡Rusticus:cū stomacho est hoc enūciandū.❡Rūpor:torqueor inuidia.❡Fouet : lasciue tractat.❡Inuito:fastidito p̄ dolore.Crescit:nō conterit̄:sed durior efficitur.❡Flāmā cōpescere:cohibere amoris æstū:infuso fortius mero.❡Ebrietas fuit ignis i igne:accēdit amoris insaniā.❡Recūbo:discūbo dicēdū fuerat:si carmē pm..isset.Reuocas oculos:i te uertis p̄ desiderio:nō possum iqt me cōtinere:qn ad te oculos reuocē.❡Quid faci cōmūicatio hæc miserationē mouet.Abesse doleo:cū uideo tuos & menelai uisus : sed multo fortius sollicitor:dū te nō uideo.Qualibet & possum: modestiā suā i amore cōmēdat.Tibi soli.nō menelao: nō aliis.Ora reflexi:uultū alio cōuerti.Ille:tacuit ob inuidiā nomē:de menelao locutur⁹.Amorē aliquē. quo pacto multi amarīt exposui.Ad tuos uultus:ad te ipsā cōuersus singula uerba exprimebā. Indiciūq̧ mei.me amare idicaui.❡Sub falso noie:sub noie alieno : nam quē aliū dicebā:is ego erā.❡Petulāti⁹:multa obloquēdi licētia.Aditū dedere p̄buerūt ad conspiciēdū uiam.

❡VBER.❡Cogitur:subaudi:si iuppiter cogit̄ eē socer huic domui:ideo cōtra uolūtatē suā cōpellit̄ eē socer ipsius menelai:q̄ ē de gēte ita scelerata & ipia : nā si helena q̃ ē filia iouis:sit eius uxor necessario iuppiter erit eius socer.Heu facinus pgit adducere eū i odiū.Indignus.q nō meret̄ talē uxorē.Mihi.q.d.q te amo ex corde.Vix deniq̧:idest ēt cū difficultate.Posita: parata Hoc tempus mēsæ & cœnæ.Quæ lædūt:quæ displicēt Eueniant:optantis est.❡Talia:ita acerba.Pœnitet hospitii:idest pœnitet me esse in ea domo.❡Rusticus:incultus sine moribus & blanditiis. ❡Rūpor.s.dolore. ❡Cum ille:menelaus fouet tua membra ueste superiecta.i.cū te amplictitur.& tenet in ulnis sub ueste sua. Quid non:hæc dicta sunt p parēthesim.❡Non dura: mollia & lasciua.Posui po.ante ocu.ne uiderē.Demitto:iclino.Arctius:strictius.Crescit i orbe cibus : uidet̄ crescere:qa p̄ dolore comedere nō possum.Iuue.iterq̧ molares difficili crescēte cibo ex anxietate enim cibus multū cōmasticatus & cōmāsus uix pōt demitti p fauces.Notaui:aduerti.Cōpescere:coercere.Ebrietas fuit ignis i igne:qa ex uio crescit amor.Ouid.li.iii.de arte. Cū ueneris puero nō male bacche facis.idē Vina parāt aios:faciūtq̧ caloribus aptos.uñ & paulus apostol⁹. Nolite inebriari uino i quo est luxuria.Recūbo: discūbo ad mēsam.Ceruice uersa:uerso capite in aliā partē. ❡Protinus:statim:quia nō diu possū manere qn te aspiciā.Maior.s.q̃ uidere.Abesse:discedere:q̃ licet q̃tenus licet.Luctor:conor.Dissimulatus:occultatus.Nec damus uerba:nec te decipimus.Tibi soli:ne alius aduertat.Reflexi:retroflexi:ne uiderer lachrymari. Ipse: maritus tuus.Potus:cū bibissem.Aliquē amorē.i.amorē alicuius.Referēs:cōuertēs ad tuos uultus ut intelligeres me ea dicer̄ pp te.Indiciū:demōstrationē mei ipsius sub noie ficto:nā cū aliū noiarem amātem de me significabā.Ille:cuius amorē narrabam:hæc āt oia esse faciēda ab amatore ostēdit Oui.li.ii.de arte.Hic tibi multa licet sermōe latētia tecto Dicere:q̃ dici sentiat illa sibi.Blāditiasq̧ leues tenui pscribere uino Vt dominā i mēsa se legat illa tuā.Atq̧ oculos oculis spectare fatētibus ignē &c.Petulātius:licētius:audacius.Nō semel.i. sæpius.Simulata.i.ostēdi me esse ebriū:qđ Oui.i.ii. de arte p̄cipit.Ebrietas tu uera nocet si ficta iuuabit.Fac titubet bleso subdola līgua sono.Et qcqd dices facies ue pteruius æque Credat̄ nimiū causa fuisse merū.❡Prodita:apta.Tunica laxa.i.laxata.& largius apta.Nuda scilicet pectora.Dedere aditū oculis.i.uisa sunt oculis meis.Pectora:laudat pulchritudinē:& candorē eius pectoris dicit fuisse comparem uel niuibus intactis:uel lacti:uel ei cygno in quem iuppiter transformatus concubuit cū Leda eius matre:cū eni omnes cygni sint cādidi : credibile est illū fuisse cādidissimū.

Cogitur hui domui iupiter esse socer
Heu facinus totis indignus noctibus ille
Te tenet amplexu perfruiturque tuo
At mihi cōspiceris posita uix deniq̧ mensa:
Multaq̧: quæ lædāt:hoc quoq̧ tēpus hēt.
Hostibus eueniant conuiuia talia.nostris:
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitii : cum me spectāte lacertos
Imponit coll rusticus ille tuo.
Rumpor: & iuideo qd nūc tamē oia narrē:
Membra supiecta cum tua ueste fouet.
Oscula cum uero coram non dura daretis:
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto:cum te tenet arctius ille
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus.& te lasciua notaui
In gemitu risum non tenuisse meo.
Sæpe meā uolui flāmam compescere.at illa:
Creuit: & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq̧ ne uideam:uersa ceruice recumbo
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciā dubito:dolor ē meus ista uidere
Sed dolor a facie maior abesse tua est:
Quid:licet & possum luctor cælare furorē
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi uerba dam⁹:sētis mea uulnera sētis
Atq̧ utinam soli sint ea nota tibi.
Ah quotiēs lachrimis ueniētibus ora reflexi:
Ne cenusam fletus quæreret ille mei.
Ah quotiēs aliquē narraui potus amorem:
Ad uultus referens singula uerba tuos.
Indiciumq̧ mei ficto sub nomine feci:
Ille ego si nescis:uerus amator eam.
Quin etiā ut possem uerbis petulantius uti
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sūt memini tunica tua pectora laxa:
Atq̧ oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora.uel niuibus puris:uel lacte: tuāque

Complexo matrem candidiora ioue.
Dũ stupeo uisis nã pocula forte tenebam
Tortilis a digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas: ego portinus illa:
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabã ueteres resupinus amores
Et modo per nutum signa tegenda dabã.
Et comitũ primas clymenẽq; æthrãq; tuaꝝ
Ausus sum blandis nuper adire sonis.
Quæ mihi non aliud: q̃ formidare locutæ
Orantis medias deseruere preces.
Dii facerẽt precium magni certaminis esses
Teque suo posset uictor habere toro.
Vt tulit hyppomenes scæneida præmia cursus:
Quæ ꝓprio cursu uicerat ãte ꝓcos.
Vt ferus alcides acheloia cornua fregit:
Dum petit amplexus deyanira tuos:
Nostra per has leges audacia fortiter isset.
Teq; mei scires esse laboris opus.
Nũc mihi nil supest: nisi te formosa precari:
Amplectique tuos: si patiare pedes.
O decus: o præsens geminorũ gloria fratrũ
O ioue digna uiro: ni ioue nata fores.
Aut ego sigæos repetã te coniuge portus.
Aut hic tænarea contegar exul humo
Nõ mea sunt sũma leuiter districta sagitta:

¶ CANTO. ¶ Ioue: q̃ i forma oloris cũ leda cõcubuisse tradit̃. Est olor pẽnis cãdidissimus. ¶ Tortilis ansa i pocculis ansæ: aliæ leues erãt aliæ tortiles. ¶ Veteres amores: ueteꝝ gesta i amore: ut pyrrhami & thesei & Herculis. Resupius: ꝓiectus molliter: ut nimio uio pleni facere cõsueuerũt: ueluti polyphemus apd̃ Verg. Cũ tradit medio resupius i ãtro. Clymenẽ ætrãq;: Septunius tradit duas has Menelai affines fuisse relictas ad Helenæ custodiã: q̃ cũ paride fugerũt: hoc trãsitu i sollicitudie helenã reliq̃t hõeste i alias sermonẽ trãsferẽs. ¶ Formidare: dicũt facile posse uenire i meã sñiam nisi timerẽt: ne res ante factũ resciret menelaus. ¶ Medias ꝑces. Quod signũ ẽ formidãtis. Dii facerẽt exoptatiõe audacia amoris gratia subeundis certaminibus firmat. Magni certaminis: qd̃ certamẽ q̃uis magnũ: si tu certaminis eẽ ꝑmium: subirẽ. ¶ Vt tulit hypomenes. ex onchesto neptũni filio natus ẽ megareus: q̃ filiũ hũit hypomenẽ: is atalãtã schenei filiã cursu supasse tradit̃ a Venerẽ adiutus q̃ illi tria poma exortis hespidũ dedit: q̃bus ꝓiectis puellæ cursũ ipediuit: repudiabat puella cõiugiũ: qm̃ oracula tulerat cũ primũ nuberet: foret ut seipsa careret: uersa. n. ẽ i leonẽ cũ uiro Cybeles idignatõe: qm̃ i eius templo p cõtẽptũ hypomenes uxoris uirginitate libauerat i phrygios sinus: de pelope itelligit cum ex phrygia i pelopõnesum nauigaret: ut auctor est Tucidides uxorẽ hyppodamiã œnomai filiã duxit quã tulit uictoriæ ꝑmiũ ut dixius. Acheloia cor. cũ acheloo pugnasse herculẽ ob deyanirã exposuimus. Per has leges isset: ut tu ꝑmiũ eẽs certamis. Isset for. uictoriã cõseq̃retur. ¶ Opus: ꝑmium meæ uictoriæ. Nil supest: qm̃ certaminis ꝑmiũ eẽ ñ potes. Te cõ. hõestius culpã texit q̃ si dixisset amica. A cœleste figar sagita. Cassãdra cũ apud Enniũ i tragœdia uaticiat̃ de troião excidio refert cœlesti sagitta ꝑcussũ paridẽ citã uideret classẽ parari: q̃ icẽdiũ. Troianũ ferat: cœleste dixit more ueterũ: q̃a nomina q̃ auferendi casu enunciantur: i e quoq; efferebant: ut mari & mare qd̃ i argonautis Varro attacinius ostẽdit cũ dicit. Cigit̃ Oceano Lybico mare flumie nilo: & Luc. in. vii. suæ pharsaliæ dixit. Erepto natale feret. ¶ CVBER. ¶ Dũ stupeo. i. uix sum apd̃ me. Visis. s. pectoribus tuis. Ansa: dr̃ i poculis ea ps q̃ mãu capit̃: & tenet poculũ. Ver. i buc. Et breuis attrita pẽdebat cãtarus ãsa: nã manubriũ & capulũ de gladiis dicius. Tortilis: fiebat. n. ãsa torta. Excidit. i. cecidit a mãu. Nã pocula p parẽthesim legẽdũ ẽ. Natæ: filiæ tuæ hermiões. Ego tuli illa. i. ego osculabar illã: ubi tu dderas oscula tua. Mõ iterdũ. Tegẽda: celãda p nutus ut ipe i prio amoꝝ. Me specta: nutusq; meos: uultũq; loq̃cẽ. Prias: ꝑcipuas: & tibi itias. Aetrã: hæc credit̃ fuisse mr̃ thesei: ut alibi diximus. Adire: alloq: hoc ꝑcipit. Oui. i. ii. de ar. Sed pri⁹ ancillã captatæ nosse puellæ Cura sit: accessus molliet illa tuos. Quæ: comites tuæ. Nõ locutæ aliud nõ respõdẽtes. Quã formidare: q̃ se timere. Deseruere medias ꝑces. i. noluerũt audire oẽs meas ꝑces. Preciũ cert. esses. i. ut ꝓponereris ꝑciũ ei: q̃ te i aliquo magno certamine mereret̃. Vt tulit. sumit exẽpla quorũdã: q̃ certauerũt ꝓ amore: quos dicit se eẽ imitaturꝝ. Schæneida: atalãtã filiã schænei: q̃ cũ ab oraculo accepisset ut uitaret cõiugiũ: cũ esset ꝑnicitate pedũ ꝑstãtissima: & multi eam uxorẽ peterẽt: hãc cõditionẽ ꝓcis iponebat: ut a se currẽdo uicti morte plecterẽt̃: uictor eius cõiugio potiret̃. Cũ igit̃ iter multos: q̃ eam petebant adesset hyppomenes illius pulchritudine incẽsus. Venerẽ i auxiliũ rogauit: q̃ ex damescẽno agro cypri tria mala aurea ei attulit: monuitq; ut intercurrẽdũ uirgini ea obiiceret: foret. n. ut illoꝝ cupiditate tardaret̃: parẽs igitur eius ꝑceptis unũ in obliquũ coniecit: ad qd̃ q̃primũ capiẽdũ atalanta a cursu diuertit: mox alterũ: postremo tertiũ q̃ oĩa dũ puella cupida attollere curauerat: cursu ab Hyppomene est ꝑuenta & superata: postea igratus aduersus Venerẽ fuit q̃re illa idignata ipatiẽtiã libidis i eos imisit: ita ut i luco sacrato cybeli mr̃i deoꝝ cõcubuerit: ob quã cãm i leões cõuersi sũt a cybele: ut scri. Oui. li. x. met. dicit ergo paris: q; sicut hipõnes ñ territ⁹ cõditiõe mortis certamie cursus atalãtã meruit: ita & ipe idẽ faceret ꝓ helena. ¶ Alcides: Hercules. ¶ Cornua acheloia. i. cornua acheloi: qui & ipse ꝓ deyanira certauit. dictũ ẽ i episto. Deya. i eo loco. Ne pigeat pu. bis tibi cã fui. Cornua flẽs Ie. ra. Ac. i undis. Nr̃a: subaudit̃: sicut. Per has le. p tales cõditiões ausus essem ire. Te eẽ opus mei laboris. i. te meo labore eẽ cõpatã. Nil supest: nil restat q̃a ñ ꝓpõeris talib⁹ certamibus. Amplectiq; pedes: qd̃ ꝑcãtes facere solẽt. O decus: ꝑcat̃ eã: & laudat simul. Fratꝝ. Castoris & pollucis. ¶ Digna io. ui. digna q̃ esses uxor iouis nisi eẽs filia. Sigeos. troiãos. Te cõ. te aducta mecũ i cõiugẽ. Aut comite. sepeliar. Hu. tæ. i hac tua terra lacõica. Ex ul. nũq̃ amplius domum reuersus. Districta: ꝑcussa. Leuiter: parum: sed uehæmenter.

¶ANTO.¶Parce datũ fatis:arguit amorẽ hũc fore necessariũ a fato.Datũ:qđ fata cõstituerũt.Excipe.i.ex cã petitionẽ hõestiorẽ facere uĩ.Vene.ma.martialẽ pudicitiã.Iuraui.le.iterptat̃ maritã uenerẽ.Lis ẽ cũ forma magna pudicitiæ:hac sñia utit̃ petrõius.q tradit pudicitiã cũ forma rarã fecisse mixturã.His gaudet:pbat factũ ab auctoritate deoꝝ.Ego solus:mecũ tãtũmõ pecces cũ alis castitatẽ serues.Nũc ea pecce.ea peccata cõmittãus.Hora.i.cõiugiũ qcqd peccatũ fuerit.Sed tibi & hoc.s.facilitatẽ suadet a menelai absentia.Cresia regna:in cretã nauigasse Menelaũ.Paride domi relicto exposuimus.O mira calliditate.dicit menelaũ i cõtẽptũ eius factum irridẽs Hospitis idæi.c.cõmemoratione hac iustam eius petitionem agere conatur.¶Agas curam hospitis: paridem cures.Pro nobis:loco nostro.ea ratione dictum ẽ:ut procõsule & propretore:& Cicero i pportione Timeo dixit.Sine pe.insulsum significare uoluit.Nã ut uecordes dicimus:qui nullius sunt cõsilii:ita sine pectore insanos appellamus.Dotes:formæ elegãtiã.Aut erimus stulti:a cõtrario suadet:non sumus stulti ideo utemur data opportũitate.Secuꝝ:sine dubitatiõe a Menelao.

Pectora descendit uulnus ad ossa meum.
Hoc mihi nã recolo fore ut a cœleste sagitta
Figar:erat uerax uaticinata soror.
Parce datum fatis helene cõtẽnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos:
Multa qđ subeũt:sed corã ut plura loquamur
Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet & metuis uenerẽ temerare maritã
Castaq; legitimi fallere iura uiri:
Ah nimium simplex helene:ne rustica dicam
Hanc faciem culpa posse carere putas:
Aut faciem mutes:aut sis nõ dura necesse est
Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Iupiter his gaudet.gaudt uenus aurea furtis
Hæc tibi nempe patrẽ furta dedere iouẽ.
Vix fieri si sint uires in semine amorum:
Et iouis & lædæ filia casta potes.
Casta tamẽ tũc sis:cum te mea troia tenebit
Et tua sim quæso crimina solus ego.
Nũc ea peccemus quæ corrigit hora iugalis
Si modo promisit non mihi uana uenus.
Sed tibi & hoc suadet reb⁹ nõ uoce marit⁹
Neue sui furtis hospitis obstet:abest.
Nõ habuit tempus:quo cresia regna uideret
Aptius:o mira calliditate uirum.
Ipse abit.idæi mando tibi dixit iturus:
Curam pro nobis hospitis uxor agas.
Negligis absentis testor mandata mariti.
Cura mihi non est hospitis ulla tui.
Huccine tu spas hoiem sine pectore dotes
Posse satis formæ tyndari nosse tuæ:
Falleris:ignorat nec si bona magna putaret
Quæ tenet:externo crederet illa uiro.
Vt te nec mea uox:nec te meus icitet ardor
Cogimur ipsius commoditate frui
Aut erimus stulti.sicut superemus & ipsum:
Aut tam securum tempus abibit iners.

¶VBER.¶Vulnus:amoris.¶Ad ossa:i mellas: hic ostendit amorem suum eẽ fatalem:quem dicit prædictum sibi fuisse a cassandra sorore sua diuiatricre.Repeto:i memoriã reduco.Fore:futuꝝ eẽ.A.s.c.i.ab amore cœlestis mulieris:notandus est autem hic ablatiuus cœleste i e contra regulã desinẽs necessitate metri.Parce.serua.noli.helene uocatiuus ẽ a ntõ helene.Sic adiurantis est.Faciles:exorabiles benignos.In tua uota:ad ea q̃ optaueris.Subeũt:succrrũt:ueniũt i mẽte q̃ possim scribere.Corã:p̃sentes.An pu.excipe me lecto tuo Le.menelai quẽ legitimũ tibi putas.Simplex:imprudens.Ne rustica dicã.q.d.qđ ẽt possum dicere si habes hũc timorẽ.Hanc talem tam pulchrã.Putas.q.d.falleris.Mutes fa.ut nõ sis pulchra.Nõ.d.idest facilis.Lis ẽ.sñia ẽ rhetorica.pudicitia & pulchritudo nõ concorditer simul eẽ possunt.Iuue.rara ẽ a deo cõcordia formæ atq; pudicitiæ.Furtis:adulteriis.Hæc.talia.Iouẽ.p.t.qa nisi mater tua q̃ uxor erat.¶Tyndarei:cum ioue concubuisset non esset pater tuus:Vix fieri:latenter ostẽdit filios filiasue trahere mores parẽtibus:dicit.n.cum sis filia iouis:& Ledæ:q adulterio delectati sũt:uix potes eẽ casta.ordo.tu filia iouis & ledæ uix potes esse casta si uires amoꝝ sunt i semĩe.i.sunt i generatõe.i.si filii trahũt ui amoris a genetatõe parẽtũ.casta tñ:dicit nũc uelĩ fallas maritũ tuũ:sed cũ eris mecũ sis casta:& cum nullo preces nisi mecũ.Ea pe.ea cõmittamus.Quæ hora iugalis corrigit.i.q̃ postea emẽdabit matrimõiũ:& faciet ñ eẽ peccatũ.corrigit̃.n.adulteriũ.cũ adulteri illegitio copulãt̃ matrimonio.Nõ ua.nõ falsa:q; sis futura uxor mea.Sed tibi.arguit a cõmoditate:q̃ absentia mariti ei p̃stat.Reb⁹:effectu.Nõ.u.qa ñ dicit tibi ut h̃ facias:sed significat se eẽ cõtẽtũ:cũ me hic p̃sente discessit:& abest.Ne ob.f.s.h.i.ne p̃ñtia sua ipediat amorẽ:& cõcubitũ meũ tecũ.Cresia:cretẽsia:nã ut dixi menela⁹ pfectus fuerat i cretã:quo tpe paris i eius domo hospitabat̃.O mira cal.p miræ calliditatis & astutiæ:& ẽ hyrõia.q.d.simplicẽ & stultũ hoiem.Ipse.q.d.stultus.Iturus:abiturus.Di.o.u.o Helena.Mãdo:cõmitto tibi & p̃cipio.Hospitis idæe.Paridis troiãi:ab ida mõte phrygiæ.Negli.qa ei ñ pares.Tyrãni:regis:ut Ver.ps mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni.legit̃ tñ ẽt hic mariti.Huccĩe:adducit menelaũ i contẽptum.dicens eẽ fatuũ & stultũ:qui non possit cognoscere pulchritudinẽ ipsius helenæ.Hunccine.p hunc ne.Sine pectore.i.sine sapiẽtia.Hor.in eipstolis.Nõ tu corpus eras sine pectore.Dotes.p̃ciũ excellẽtiam.Tyndari.o helena.Ma.bo.scilicet pulchritudinem.¶Non cre.non committeret.Vt quamuis.¶Mea uox:mea uerba:& est sensus:licet nec uerbis meis:nec uehementi meo erga te amore excitetis,tamen est fallendus maritus tuus:& debes mihi morem gerere:quia simplex ẽ & stultus.¶Vt supremus & ipsum.idest ut simus etiam ipso stultiores.¶Iners.idest sine effectu amoris & concubitus.¶A mãtem.me.

CANTO. Simplicitate:ea q̄ ē exclusis oibus criminibus:recte tm̄ suadet:& ꝑsentia curat. Lōga:uel quā lōgiorē uideri facit amoris affectus:uel q̄ eēt sub Hyemali solstitio. Iungāt:sollicitudinē excludāt. Cādidior læ tior:ut apđ ꝓptiū. O nox.c.& o tu Lectule delitiis facte beate meis. Iurabo. fraudis timorē excludit. Si pudet aut metuis:purgat pudoris crimē transferēs in se culpā. Aegidæ factū:exēplo arguit:nec pudēdū:nec timendū eē. Fratꝝ tuoꝝ. Castorē & pollucē itelligit. Gemīas lucipidas. phœbē & elairā Leucippi ex philodoce filias:q̄s Castor & pollux rapuerūt:pugnarūt illaꝝ cā ida & Lynceo apharei ex harene filiis ut pyndarus scribit:nos in meta. diximus:de qbus ita ꝓpertius. Non sic leucippis succēdit. Castora phœbe. Pollucē cultu nō Elaira soror. Troica.c.a. facilitatē mōstrat:facile iqt Troiā petemus:ē.n. parata classis. Ibis dardanias:suadet facinus n̄ mō nō esse pudēdū:sed summæ gloriæ futuꝝ. Deā:nō fœmia:sed deā opinabūt. Cynnā:duo sunt Cynnami genera albū & nigrū:alteꝝ ꝙ est præciosius nascit̃ i æthiopia:ubi sunt trogloditæ:portū:qui ad portū gebanicaꝝ deferūt:unde ad nos defert̃. Coronas ex cynnāo i terrasili auro i lusas primus i templis capitolii & pacis dicauit ipator Vespasianus. Plāget:cōcutiet mactata: Nec ut rapta time. exēplis timorē soluit:ꝙ nec repetita restituat̃:nec phryges bellis sūt lacessēdi. Erichtida. thraces erichthei atheniēsis regis filiā duce Borea rapuerūt. ex qbus nati sūt Zetes & Calais:ut auctor est Diod. Bistōis ora. thraciā atheniēses bello molestarūt: phasida:medeæ rapinā exprimit:de q̄ dixius. Pegase' apegase oppido thessalo:ad qđ fabricata ē argonauis.

CVBER. Pœne. fere. suis manibus:qđ solēt facere lenōes & lenæ. Tibullus:hæc mihi te adducere tenebris multoq̧ timore. Cōiūgit nr̄as clā taciturna man'. Sola:dicit se eē cōueniēs:ut ei morē gerat:& uno lecto cōiūgat̃:qa ābo soli dormiūt. Cōmūia:q̄ uterq̧ capiemus. Gaudia:uoluptates. Cādidior.i. erit mihi ita iucūda:ut uideat̃ eē lætior media die. Quæ uis:qualibet In sacra.i.s. mr̄imōii.i. obligabo me futuꝝ sp maritū tuum. Per me regna.i. uēias i troiā. Si pu. occurrit obiectioni. Ne uideare secuta me.i. ne uidearis spōte discessisse. Ipe reus:uolo oēm culpā hui' facti i me trāsferri. Seqr. imitabor. Aegidæ. Thesei. fratꝝ tuoꝝ. Castoris & pollucis. Te rapuit. dictū ē supra. Illi. Castor & pollux. Gemīas leucipidas.i. duas filias leucipi subaudi rapuerūt. Fabula āt hoc hēt. Lucipp' duas hūit filias phœbē: & Elairā:q̄ đpōsatæ idæ & Lynceo iuuēib' fortib' die nuptiaꝝ a Castore & polluce eaꝝ amore accēsus raptæ sūt:cū castorē a lynceo iterfectū dicūt hāc fabulā scribit plene. Oui. li. v. fast. & eā breuiter tetigit ꝓpti' Elegia .ii. his uerbis. Nō sic leucippis succēdit castora phebe pollucē cultu n̄ elaira soror. Propiore:q̄ fratꝝ tuorum. Tāgi. Moueri:icitari. Troica arguit a facilitate discedēdi:dicit.n. se hēre oia pata. Ibis. pollicet̃ ei magnos honores i regno troiæ. Quaq̧ feres dicit ꝙ ei fiēt honoīs tāq̄ deæ. Adolebūt:creābūt. Cynama. gen' ē aromatis odoriferi ex arbuscula quā æthiopia mittit. Cæsa. iterfecta sicut nūinib'. Plāget:ꝑcutiet cū i terrā cadt. Dona: allicit eā muneꝝ pollicitatōe. Iliades:troiāæ mulieres. Totaq̧ troia. cōtinēs ꝓ cōtēto.i. oēs troiāi. Vlla.i. minima. Feres. accipies. Nec qđ:occurrit obiectōi:& eā refutat:qđ nulla bella pp eam mouebūt̃:& ꝓbat id exēplo multaꝝ:q̄ raptæ sunt & nūq̄ tn̄ repetitæ. Cōcitet:cōmoueat cōtra me. Quæ. q.d. nulla. Vanos:stultos:& sine cā. Nomine aqlonis:historiā tetigit nō fabulā. Euristeus rex atheniensium filias duas habuit formosissimas:quarum procis nupsit Cephalo:ut supra diximus in epistola phedræ. Alteram orythiam nomine cum rex Thracum uxorem petiuisset:& non ipetrasset:ille parata & instructa classe misit:qui eam raperent:& quoniam spirante Borea uento qui fauet ex attica in thraciam nauigantibus abducta est:datus est locus fabulæ ꝙ Boreas uentus eam abstulerit. Nomine. parte. Aquilonis. Boreæ. Ora. regio. bistonis thracia nominatiuus est casus: & forma patronymici fœminini generis:est autem Bistonium stagnum Thraciæ. Pagaseus. thessalicus:a pagaseo sinu:unde soluit nauem:ut diximus supra. Phasida. Medeam. Manu colcha. exercitu. & uiribus colchorum:narrata est hæc fabula supra. in epistola Hypsiphiles:& in epistola Medeæ ad iasone.

Pene suis manibus ad te ducit amantem
  Vtere mandatis simplicitate uiri.
Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili.
  In uiduo iaceo solus & ipse toro.
Te mhi meq̧ tibi conmunia gaudia iungant
  Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina:meq̧:
  Astrigam uerbis in sacra iura meis.
Tunc ego si non est fallax fiducia nostri
  Efficiam præsens:ut mea regna petas.
Si pudet:aut metuis ne me uideare secuta:
  Ipse reus sine te criminis huius ero.
Nam sequar ægidæ factū:fratrūq̧ tuorum
  Exēplo tangi non propiore potes.
Te rapuit theseus:gemias leucippidas illi.
  Quartus i exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest:armis istructa uirisq̧
  Iam facient celeres remus & aura uias.
Ibis dardanias igens regina per urbes.
  Teq̧ nouam credet uulgus adesse deā.
Quacq̧ feres gressus adolebūt cynnama flā-
  Cæsaq̧ sāguieā uictia plāget humū. mæ
Dona pater fratresq̧ & cū genitrice sorores
  Iliadesq̧ omnes:totaq̧ troia dabit.
Hei mihi uix a me pars dicitur ulla futuri:
  Plura feres q̄ quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time ne nos fera bella sequātur
  Concitet & uires græcia tota suas.
Tot prius abductis:quænā repetita ꝑ arma:
  Crede mihi uanos res habet ista metus
Nomie cœperūt aqlonis erichthida thraces
  Tua tamen bello bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua uexit pagaseus iason.
  Læsa nec est cholcha thessala terra manu.

